Universitätsbibliothek Paderborn

# Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

Decas VII. De aliis subjectionibus Regularium exemptorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

Visual Library

"nores præſentibus pro plenè, & ſuffi-
"cienter expreſſis haben. illis ali-
"ſuo robore permanſuris ad eff-
"præmiſſorum ſpecialiter, & ex-
"derogamus, cæterisque contrari-
"buscunque. Datum Romæ
"Mariam majorem ſub annulo
"toris, die 14. Maji 1648. Pont
"noſtri anno 4.

## DECAS VII.

### *De aliis ſubjectionibus Reg- exemptorum.*

### CAPUT I.

### Quænam ſint Epiſcoporum tes in erectionibus novorum ventum?

246. *Nimia multitudo Religioſorum Conventu nociva*
247. *Numerus Monaſteriis ſemel a- augeri nequit.*
248 *Ordinatio ſpecialis* Vrbani VIII *Theatinis.*

249. *ſoru Rel*
250. *cur*
251. *mi tra*
252.
253. *Fr di*
254. *ta*
255. *In*
256. *tio*

246

tè e
*Reg*
que
ſanx
erig
ter

249. *Etiam pro erigendis monaſteriis Religioſorum proprios redditus habentium, alii Religioſi ſunt convocandi.*

250. *Erectionis conceſſio fit ab Epiſcopo loci cum cauſa cognitione.*

251. *Idem dicendum in amplificatione, vel mutatione monaſterii de loco ad locum intra eandem Diœceſim.*

252. *Olim totum pendebat ab Epiſcopo loci.*

253. *Deinde pro receptione aut translatione Fratrum mendicantium requiſita fuit S. ſedis Apoſtolicæ licentia ſpecialis.*

254. *S.C. Trid. reſtituit Epiſcopis hanc facultatem.*

255. *Quæ hodiedum durat extra Italiam & Inſulas adjacentes.*

256. *Quid ampliùs obſervandum in fundatione novorum Conventuum?*

246. Cùm difficulter fieri poſſit, ut camporum immenſitas debitè excolatur: S.C. Tridentinum *ſeſ. 25. Regul. c. 3.* diverſique SS. Pontifices, atque jam dudum Canones ſacri providè ſanxerunt, ut nova monaſteria tantùm erigerentur de licentia Epiſcopi, præter ſollicitam diſpectionem, an talis e-

rectio

GI 36

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rectio non præjudicet Eccleſiæ
chiali, circumvicinisque per
milliaria Romana (id eſt, quam
lia paſſuum, attentâ qualitate
per vias publicas à Viatoribus
ſitatas moraliter potiùs, quàm g
tricè metienda) Religioſis conv
eum duntaxat numerum (
denario non minorem) in ſing
miſſuri, qui vel ex redditibus
monaſteriorum, vel ex conſue
moſynis commodè valeat ſ
Quod ut accuratiùs fiat, Grego
Conſtit. *Cùm alias* 17. *Aug*
etiam Superiores Religionum
dicantium convocari juſſit,
ment Epiſcopum, an noviter
cendi ſuſtentari congruè poſſi
Religionum ſplendor & Regu
ſervantia periclitetur.

247. Imò, ne multitudo gub
dorum Superiorem quodammo
ruat, & diſciplinæ relaxatio ſub
tur, Urbanus VIII. Decr. *de*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ne miſſarum* opportunè conſtituit, certum Religioſorum numerum ſingulis monaſteriis ſemel aſſignatum augeri non poſſe, etiam prætextu augmenti redditũum: niſi fortaſſis ob devaſtationes bellicas, incendium, aliumve ſimilem caſum Religioſi quidam ad breve tempus per Conventus aut Collegia ſint diſtribuendi. Amiſſis verò quibusdam proventibus, tenentur Superiores ea de cauſa numerum cum proportione minuere, quòd ſupponatur totus numerus competenter ſuſtentabilis fuiſſe præfixus.

248. Secùs eſt de Patribus Theatinis viventibus tantùm ex eleemoſynis ſponte oblatis, ideoque à Religioſiſſimo P. Carolo Thomaſio Ejusdem Inſtituti Presbytero comparatis cum fœtibus in utero materno, absque ullo alimentorum delectu, expectatâ ſolùm Providentiis DEI miſericordiâ, enutritis: Quorum Generalis tunc exiſtentis arbitrio reliquit Urbanus VIII. præfixionem numeri

G1 36

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

meri Religioſorum, juxta qu-
eleemoſynarum eo tempore o-
tium: quæ dicti Pontificis ordi-
ſte Pasqualigio, aſſervatur Ro-
chivo eorundem Patrum ad
ſtrum Montis Quirinalis.

249. At quid è contrà dic-
iis, qui de mediis propriæ
continuò victitant? ℞. Co-
eſſe nihilominùs aliarum Re-
periores, indicat Decretoru-
tis VIII. & Gregorii XV. ge-
mnes caſus comprehendens:
enim talibus, utpote non vi-
eleemoſynis dietim quæſitis,
dat, decedit tamen indirecte
mendicantibus in ordine ad
ſuſtentationem, ex quo, au-
ſiis, concurſus ad Eccleſias il-
deoque & Benefactorum
do plerumque minuitur.
accuratè perpendit Rota
nuenſi *Privilegiorum.* 24.
1647. coram Rojas. ibi: *nec*

*Patres oratorii habeant proprios reddi-*
*us â Fundatore aſſignatos : quia non ab*
*orum ; ſed à Theatinorum egeſtate præju-*
*dicium deſumitur ; & ſufficit omne præ-*
*udicium etiam aliunde, quàm ex men-*
*dicitate ſeu quæſtuatione Eccleſiæ vicinæ*
*reſultans*

250. Erectionis itaque conceſſio fieri debet in ſcriptis ab Epiſcopo loci cum cauſæ cognitione, vocatis ſcil. Superioribus ſeu Procuratoribus Religionum in eodem loco præexiſtentium, & cognito, quòd noviter introducendi in debito numero commodè habitare, aliquè poſſint ſinè Diſciplinæ Regularis periculo, & quoquo aliorum Conventuum detrimento. Si verò præfati ſuperiores, vel eorum aliqui negent irrationabiliter conſenſum; & aliàs tamen conſtet Epiſcopo, ſinè aliorum damno, duodecim ſaltem Religioſos inhabitare ac ſuſtentari congruè poſſe, nihil vetat, quò minùs Epiſcopus ad conceſſionem ſupradictæ erectionis procedat, niſi Religio-

ſi vel reclamant etiamnum, vel
ceſſione fa&ta appellent: quo calu
dem Decreto Gregorii XV. §
tota ſuſpenditur, ac devolvi
Congregationem rebus Rege
præpoſitam; nihilque interim
dum, ſed irritum omne futur
quicquid attentatum fuerit eti
ranter.

251. Idem, quod ſuprà dicen
in mutatione monaſterii de lo
cum intra eandem urbem aut D
cùm ob majorem propinquit
ve damnum inferri poſſit al
ſiæ; præterquam, quòd mul
res habeant privilegium, ne
ria, Eccleſiæ &c. prope ipſos
certum ſpatium, erigi poſſint.
ter diſcurrendum eſt de amplifi
ſi rationabiliter præjudicium
Eccleſiæ metuatur. Imò, licèt
introducendi, mutandi, vel am
di idon: è caveant, ſe nec ven
leemoſynam, nec ad quicquam

ſuros, undè nocumentum aliis Religioſis provenire queat: convocari nihilominùs cæteri debent, ut certificentur de obligatione illorum, ac eandem recognoſcant.

252. Celebris quæſtio ſupereſt, *an hodie pro Monaſteriorum erectione, non tantùm Epiſcopi, ſed etiam S. Pontificis licentia requiratur?* pro cujus ſolutione diſtinguenda ſunt quatuor tempora: I. ab initio Monachiſmi, de quo conſtat, antiquiorum Regularum approbationem non minùs, quàm locorum Regularium erectionem pertinuiſſe ad ſolum Epiſcopum Diœceſanum, adeò quidem ut, ſi aliud ſimile monaſterium in alia Diœceſi erigendum fuerit, non ſolùm conceſſio facultatis erigendi, ſed & approbatio Regulæ ad alterius Diœceſis Epiſcopum ſpectaverit, qui non tenebatur ſequi judicium alterius Epiſcopi, cùm non eſſet in hoc ſuperior, nec ejus approbatio Canonica ſeu univerſalis. V. *cauſam* XVIII. q. 2. *per tot* juncto c. *Nimis*

*mis prava.* 17. v. *Ad hoc.* ℣. ...
*Pral.* & c. *un.* ubi Gl. v. *deinc...*
*in 6.*

253. II. tempus à Conſtituti...
nifaciana modò relata cit. c. *un.*
*Pral. in 6.* trahit exordium, q...
betur, ne deinceps Fratres me...
quocunque in loco recipiant...
tentur, vel transferantur abſque
Apoſtolicæ licentia ſpeciali ...
expreſſam faciente de prohibi...
jusmodi mentionem, iis tamen...
qui vitam duxerint eremitica...
litariam eligendam. Quæ ...
adjectis pœnis, in Clem. *Cu...*
*prin. de pœn.* innovata, ſic...
olim habita quoad monaſte...
ordinum mendicantium du...
vis habitationibus non-mend...
& Eremitarum) Epiſcopis ...
pta.

254. III. Tempus eſt S. Co...
dentini, quod cit. *ſeſſ. 25. de Re...*
*3.* in fine decernit, ſimilia ...

vero erigenda non eſſe ſinè Epiſcopi Diœceſani licentia priùs obtenta, adeò ut ex tunc facultas à Bonifacio P. adempta Epiſcopis per correctionem Juris favorabilem, utpote reducentem ad Jus commune antiquum reſtituta fuerit: quod magìs patet ex Clementis VIII. conſtitutione *Quoniam ad inſtitutum.* 23. *Julii* 1603. de voto S. Congregationis Regularium publicata, ſi qui verò, Regulares, poſt hoc tempus obtinuerunt indulta de ſolius ordinarii licentia erigendi conventus, ea non fuêre exemptiva ab obtinenda licentia S. Pontificis, quâ non indigebant; ſed à forma dictæ Bullæ Clementinæ, ut præter licentiam Epiſcopi nullo indigerent aliorum Ordinum Regularium conſenſu: quale à Paulo V. per Bullam, quæ incipit. *Ad Eccleſiæ.* Carmelitæ Diſcalceati in hoc ſæculo impetrârunt.

255. IV. Tempus originem ſumit ab Innocentii X. Conſtitutione *Inſtauranda.* publicata *in Octobri* 1652. inno-

vante Conſtitutiones Bonifa
mentis, aliorumque SS, Pon
per erectione novorum co
editas: poſt quam certum eſt,
Italia & Inſulis adjacentibus
uſu præſente in hiſce partib
recepto, nondum egreſſa vide
non poſſe nova monaſteria
absque S. ſedis Apoſtolicæ li
ciali plenam & expreſſam fa
prohibitionibus hujusmod
nem, in ſcriptis, & gratis co

256. Tandem Epiſcopi ſol
pore ejusmodi conceſſionu
non debent, in fundationib
Conventuum adjici poſſe p
larium privilegiis contraria,
& acceptanda in Capitulo ge
Julii II, Conſtit. *Aliàs venera*
rum Confirmationem nonnu
cum clauſula derogativa tali
giorum, à S, Sede procurant,

De ju
ſcop

257. 
*tuti ſ*
258, *In*
259. C
*Inſt*
260, C
*lare*
*rica*
261. C
*tur f*
*vu à*

257
*de cel*
*anda*
Regu
cum n
Relig
quibu

## Caput II.

# De jurisdictione localium Epiſcoporum in parvis Conventibus debito numero deſtitutis.

257. *Parvi Conventus debito numero deſtituti ſunt proſtibula Religionum.*
258. *Intentio Innocentii X. declaratur.*
259. *Ordinariorum poteſtas in monachos ab Inſtituto ſuo deflectentes.*
260. *Caſus, in quo Epiſcopus Eccleſiam Regularem reducere poteſt ad ſtatum merè Clericalem.*
261. *Cur aliqui Generales ordinum non utantur facultate ſibi per litteras in forma Brevis à Papa conceſſâ?*

257 ULtra recenſitos hucusque caſus, Decretum Urbani VIII. *de celebr. miſſar.* & Conſtitutio *Inſtaurandæ* Innocentii X. monaſteria, ſeu Regulares domos de novo fundandas cum minore numero quàm duodecim Religioſorum; ex antiquis verò eas, in quibus ad minimum ſex non vivant, ſub-

didit Viſitationi, correctioni
mnimodæ ordinariorum juriſ
Pontificibus hâc potiſſimùm
permotis, quòd Regulares in
guo numero ſimul degentes n
num officium in choro celebr
orationi mentali, ac ſpiritua
lationibus, & exercitiis, a
communi vacare; nec ſilenti
ſuram, vitam communem, c
inſtitutiones ſervare poſſint,
principalia vota ordinantur, &
bus conſiſtere vix poſſunt R
tæ baſes & fundamenta. Q
Regulares ibidem commo
immerſi, nullum Religioſ
men præſeferunt; ſoli per
dunt; cum ſæcularibus vaga
negotiis mundanis involvunt
ut ibi collocari renuant Rel
batæ vitæ ac diſciplinæ, & i
cogantur illic conſtituere fr
fratribus vitæ laxioris, qui lo
pejores fiunt; & ſi quando a

ſeu monaſteria regularis obſervantiæ revocantur, à clauſtro, quaſi à ſqualore carceris abhorrentes vix adduci queunt, ut communem ſervent in moribus diſciplinam, atque aliorum conſtitutionibus ſe conforment; quin potiùs ceteros avertunt, vel certè reddunt exemplo ſuo ſegniores; unde relaxationes derivantur in ordines, & ſenſim invaleſcunt, in ipſarum Religionum dedecus & ruinam.

258. Quamvìs autem Innocentius X, in celeberrima Conſtitutione *Inſtaurandæ* edita *Idib. Octobris* 1652. *§. Interdimus*. declaraverit, intendere ſe in præmiſſis, etiam ultra Italiam & Inſulas adjacentes, prout expedire viderit, providere; ideoque totius rei geſtæ notitiam Nuntiis Apoſtolicis extra Italiam dari præceperit: ut hodie nondum Epiſcopis noſtris cis Alpes conſtitutis dicta juriſdictio in parvos ejuſmodi Conventus competere videatur: maximè poſtquàm idem glorioſiſſimus Ponti-



G I 36

ſex, à variis licèt Epiſcopis ...
tus, ſuperſedendum tamen ...
ſper, donec negotium ſuppreſ...
Italia omnino abſolutum eſſet, ...
ſummatum. Illud tamen non ...
ligendum de hac ſubjectione, ...
gregatio Concilii hac de re ...
conſulta declaravit; ſed de ...
Conventuum, ſeu Religioſarum ...
um debito numero deſtitutarum ...
preſſione ac redditnum applic...

259. Quâ declaratione ...
obſtante, aliud ordinariis rem...
pereſt de Jure communi, ſi ...
ſive ob defectum numeri, ſive ...
cunque de cauſa, non inſtitu...
profeſſioni ſuæ conformem, ab ...
dro III. his verbis præſcriptum ...
*tum eſt, quod Monachi de N. ...*
*vivunt, & alios exemplo ſuo ...*
*punt: ideoq; mandamus quaten...*
*obſervantiam regulæ, Appella...*
*motâ, compellas: vel, ſi ...*
*auſu temerario, eis ejectis, Fra...*

*rius ordinis* (*ſi non poteſt præſcriptum Monaſterium in ſuo ordine reformari*) *in illud inducas*: *ut labores impiorum Juſti edant; & illi tandem rubore perfuſi, ad ſui ordinis obſervantiam revertantur.* Ubi Gloſſatores notant, Monaſterii nomen in compilatione Decretalium c. *Relatum.* 7. ✠. *ne Cler. vel Mona.* fuiſſe conſultò omiſſum, adjectâ ſolùm litterâ N, eò quòd hoc Alexandri reſponſum eſſet obſervandum pro lege & Jure communi.

260. Quod ſi non reperiuntur Regulares etiam alterius ordinis, de quibus poſſit corruptum ejusmodi Monaſterium reformari: Canoniſtæ conveniunt, poſſe tunc ab Epiſcopo inſtitui Eccleſiaſticos per c. *Inter quatuor* 5. ✠. *de Relig. domib.* qui eſt caſus, in quo poteſt Epiſcopus Eccleſiam Regularem reducere ad ſtatum merè Clericalem. Idemque dicendum eſt, ſi monaſterium quoad diſciplinam collapſum ſit tale, ut ob tenuitatem reddituum aut eleemoſy-

narum, vel ob aliam cauſam, E
petuam aëris intemperiem,
queant ali tot Regulares, quot
ad obſervantiam Regularium in
num; ſed tantùm unus vel duo
tes, & unus vel duo Converſi:
ſervandi non ſunt gradus prædi
ex vitio loci, qui Regulam vig
finit, in ſubrogatis licèt melior
dem relaxationis cauſa remanen
Eccleſia Regularis confeſtim ad
ſiaſticos eſt transferenda c. *Ad*
*tiam*. 4. ✠. *de capell. Monac.*

261. Quàm procul autem
omni Religionum per ſe ſanct
famia, pulchrè demonſtrat F
cùm parvi Conventus tantùm
tanquàm Zizania à Religionum
ſeparanda: ut & nonnulli gener
dinum facultatem de talibus
culis in manus Epiſcoporum di
dis à Romanis Pontificibus per
in forma Brevis obtinuerint: qua
eâ rari, vel nulli hactenus fueri

tum quòd ejusmodi Conventus Generalibus & Provincialibus ordinum quotannis pro ſumptibus ratione officii faciendis certam pecuniæ ſummam, inter alios conventus deinceps partiendam, contribuant; tum ne ſeipſos privarent jurisdictione & auctoritate, quam mediantibus hiſce Conventibus ſaltem cumulativè habent in ſingulis ferè oppidis cujusque Diœceſis; tum quia iidem fratribus illac tranſeuntibus pro Hoſpitio ſerviunt. Quæ an relaxationi diſciplinæ Regularis, ne dicam diſſipationi Religionis, præponderent, illi viderint, quorum eſt, non expectare lapſus, ſed præcavere.

## Caput III.

## De editione librorum, & impreſſionibus lucrativis.

262. *Decreta Conciliorum Lateran. & Trid.*
263. *Hodie nullus liber imprimendus ſinè licentia Epiſcopali.*
264. *Quid deſideretur in Cenſore librorum.*

265. *Argumenta Partis affirmantis,* [...] *ſas eſſe de jure ſacro Religioſis & [...] ſticis librorum impreſſiones lucrati[...] bi de Teſtamentis quorundam Mo[...] rum Orientis.*

266. *Stabilitur ſententia negativa;*

267. *Quid hac in re videatur Auth[...]*

268. *Vſus Vrbis Romæ; & deplora[...] plurimis Germaniæ locis abuſus.*

262. RESolutio hujus quæ[...] principaliter eſt peten[...] Concilio Lateranenſi, quod ſub [...] X. *ſeſ.* 10. graviter prohibet imp[...] nem librorum, vel cujuscunq[...] pturæ de rebus ſacris absque [...] Authoris, & Epiſcopali appro[...] ſub pœna amiſſionis & publica[...] ſtionis impreſſorum librorum, [...] turarum, & excommunicatio[...] ſententiæ contra imprimentes, [...] primi facientes ejusmodi libros v[...] pturas, eosve vendentes, vel apud [...] tinentes. Quas pœnas S. C. Tri[...] tinum *ſeſ.* 4. *Decr. de edit. & uſu [...] libror.* renovat contra easdem per[...]

ſiqueRegulares fuerint Auctores, ultra examinationem & probationem ordinarii, eosdem obligat ad licentiam à ſuis quoque ſuperioribus impetrandam. Qui autem ſcripto eos communicant, vel evulgant, niſi antea examinati probatique fuerint, hos eisdem pœnis ſubjicit, quibus impreſſores: ac inſuper ordinat, ut qui eos habuerint vel legerint, niſi prodiderint Auctores, pro Auctoribus habeantur: ipſa verò librorum probatio in ſcriptis detur; atque ideò in fronte libri, vel ſcripti, vel impreſſi, authenticè appareat: idque totum, hoc eſt, & probatio, & examen gratis fiat: ut probanda probentur, & reprobentur improbanda.

263. Quanquam autem libri vel ſcripturæ tractantes de rebus profanis per ſe non ſubdantur diſpoſitioni Conciliorum Lateranenſis vel Tridentini: nihilominùs ex uſu probato Epiſcoporum hiſce temporibus nullus omnino liber imprimi poteſt ſinè licentia Epi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſcopali, & meritò, cùm facilè
liber continere poſſit unum vel
ſenſum bonis moribus aut or
xæ fidei repugnantem: quam
ſam hæc duo ſolùm in cenſur
rum exprimi ſolent, quòd nec
mores, nec fidem offendant:
aliorum diſpectioni & curæ r
264. Quantum ad munus C
præterquàm quòd accuratiſſim
diſcretiſſimus eſſe debeat, adeò
ſon teſtetur, Pariſiis in unius d
ologici diſcuſſione, ante Cenſ
tegrum annum, ac plus temp
doque impenſum fuiſſe: Ju
per illum eſſe oportet, imp
cauſam Auctori aperiendo, p
niſque tempus ac facultatem c
do, prout ab Eccleſia cum ip
Hæreticis agi conſuevit. E
quidem in tanta opinionum va
poſtquam ab Alexandro VII, &
centio XI. complures earum p
ptæ fuerunt, diligenter attendere

ne vel ad antiqua principia, vel ad pejo-
ra ſenſim tranſeatur. Quanquam e-
nim hæc ſententia: *licitum eſt ſequi opinionem minùs probabilem, relictâ probabiliore ac tutiore*, non expreſsè damnata fuerit: ad eam tamen, ceu plurium malorum radicem, funditus exſcindendam Alexander VII. fel. recor. omnino proclivis fuit, retardatus ſolùm conſilio Cardinalis Pallavicini ſuadentis, ut dilatâ tantiſper generali cenſurâ, particulares ſolùm aſſertiones nominatim configerentur: quod etiam tum ab Alexandro 24. *Septembris* 1665. & 18. *Martij* 1666. tum ab Innocentio XI. 2. *Martij* 1679. factum atque prohibitum fuit, ita ut de iis non niſi impugnando, ne quidem privatim tractari poſſit ſub pœna Excommunicationis reſervatæ S. Pontifici ipſo facto incurrendæ.

265. Occaſione approbationis Epiſcopalis, & impreſſionis librorum, dubium incidens naſcitur, *an Eccleſiaſticis*

*ac Religioſis de jure ſacro permi*
*impreſſiones lucrativæ?* ubi pro
mativa militare videtur, tum ean
Concilii Carthaginenſis IV. rel
*Clericus quantumlibet* 4. dil
damnans Maſſilianos docentes,
cere Clericis victum quærere p
manibus, aut aliquam litterarum
tatem docere: tum exemplum A
poſtolorum, aliorumque Sancti
quos inter, teſtibus Rufino & S
S. Spiridion ab interventu in
Nicœna Synodo celeberſimul
mithuntis in Cypro Epiſcopus
gis Capellarum paſtor; imò
ex primis Monachis orientis
rii, fiſcellarii, ſed & nonnunqu
ci fuerunt, ſalvâque Religioſi
tate, non caruerunt omni dom
uſu rerũ ùt propriarũ, ſed ſolùm
àſe emiſſi, obſtricti fuiſſe vidētur
habenda nec quærenda bona te
lia, ultra certam menſuram ſuffi
ad vitæ ſuſtentationem, juxta

ſtum,
præfix
Erem
zenus
melo
cis ſac
gantu
Juſti
gem
mon
*ingre*
26
die p
dines
aut d
repu
tos a
hort
*Exi*
V. S.
quot
tioni
quò
cula

ſtum, vel perfectum aliquem finem ſibi præfixum: ut non mirum, ſi SS. Paulus Eremita, Hilarion, Gregorius Nazianzenus, Januarius Monachus, & alii, de melotibus, palliis, ciliciis, cucullis, tunicis ſacceis &c. teſtamenta condidiſſe legantur publico jure firmata, usque ad Juſtinianum Imperatorem, cujus Legem ab Eccleſia canonizatam fuiſſe, monſtrat S. Gregorius relatus c. *Quia ingredientibus* 7. XIX. q. 3.

266. At, quicquid de his olim, hodie poſtquam ſinguli Religioſorum ordines, aut de fructibus fundationum, aut de fidelium eleemoſynis victitant, repugnat eorum puritati, habere hortos aliquos ut colantur, ac olera & alia hortalitia pretio diſtrahantur Clem. *Exivit de Paradiſo* 1. §. *licet verò, de* V. S. adeoque cùm iis ſive à charitate quotidiana fidelium, ſive ex piis fundationibus abunde proviſum ſit, non eſt, quòd aliis artibus, in præjudicium ſæcularium, & ſæpe non ſinè ſcandalo ab

litigia

GI 38

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſitigia cum impreſſoribus &c. ſi
ctum parent , vel monaſteria
amplificent , ſive reſtaurent,
DEO ſibi ſerviri per talia, quæ
tium profeſſioni , nec non ipſi
quandoque repugnant.

267. Conveniri tamen po
Auctore cum Bibliopola ſubc
ne, ut Conventui det vel libros q
eidem utiles , vel aliud quid,
quam pretium laboris, ſed ad
tes præſentes aut imminente
vandas : dummodo negotia
crum, quod mercatores exim
bus quærunt, penitus evitetu
ſi verò nullus Bibliopola ſum
preſſionis facere velit , neque
proximi, neque Eccleſiaſtico
Regularium ſtatus prohibere
quò minùs Auctor, librum, de
ſu Superiorum, reſpectivè ſuis,
ordinis ſumptibus in Reip. ſi
bonum imprimi faciat, & per ſ

mines ſæculares deinde citra lucrum di-
vendat.

268. Qui ſecùs faciunt, viderint o-
lim, quid DEO reſpondeant? Certè
ſub Urbano VIII. S. Congregatio Viſi-
tationis Apoſtolicæ generali Decreto
omnibus Regularibus utriusque ſexûs
diſtrictè venditionem pharmacorum
ac aliorum artefactorum prohibuit:
quæ licèt viſitationem particularem
nomine Urbani tanquam Epiſcopi par-
ticularis Urbis, non tanquam Papæ re-
ſpiciat, Ejus Decretum tamen pro Nor-
ma cæterorum Ordinariorum ſervire
deberet, ut ad imitationem Epiſcopi
Romani idipſum introducerent, cum
ſumma hominũ ſæculariũ ex artibus vel
negotiationibus iisdem viventium con-
ſolatione. Sed *Æthiopem lavare* vi-
deor, dum pluribus in Germaniæ locis,
loco Crucis, vel tabellæ cum inſcriptio-
ne nominis cujusdam Sancti, quæ olim
pro locorum Eccleſiaſticorum & Regu-
larium Titulo fuerat, protenſæ hederæ,
appenſæ

appenſæ ad fores tabulæ vinaria
reviſiariæ, deterioresq́ue notæ
conſpiciuntur; ac ſi quid uſpiã vi
mentíve haberi poteſt, ultra ampl
ventus vinarios ac frumentarios,
losâ quâdam aviditate congeritu
riùs rurſum vendatur. *cauſ.* XIV.
4. per tot.

## Caput IV.

# De renuntiationibus No-
rum.

269. *Ius antiquum de renuntiati vitiorum.*
270. *Noviſſima diſpoſitio S. C. Tri*
271. *Cauſa finalis hujus diſpoſition*
272. *De quibus renuntiationibus a Tridentinum.*
273. *Quid ſi Novitius poſt renun moriatur ante profeſſionem? ubi diſpoſitionibus Novitiorum.*
274. *Novitii & Scholaſtici S. I. non henduntur hoc Decreto.*
275. *Quid S. Concilium permoveri exceptionem Ieſuitarum?*

276. *Diſcurſus de dimittendis è ſocietate, poſt renuntiationem bonorum.*
277. *De renuntiatione beneficii Eccleſiaſtici ante profeſſionem.*
278. *De adoleſcentibus in cellis Novitiorum viventibus ſub Magiſtro, habitu ſæculari tantùm pro cæremonia retento.*
279. *An Decretum Concilii feriat etiam renuntiationes factas ante ingreſſum in Monaſterium?*

269. TAmetſi res ſemel Eccleſiæ vel monaſterio donatæ ſint ſanctum ſanctorum Domino in uſus profanos non ampliùs transferendum c. *Nulli Epiſcoporum*. 27. XII. q. 1. c. *Quæ ſemel*. 4. XIX q. 3. c. *ſemel*. 51. *de* R. I. *in* 6. ita ut res ſimpliciter absque ulla cauſa donatæ Monaſteriis vel Eccleſiis, nullâ conditione à Donante repeti poſſint L. *generaliter*. 10. C. *de revoc. donat.* ſecùs eſt tamen de iis, quæ à Religionis Candidato in ingreſſu, vel ex cauſa ingreſſûs oblatæ ſunt L. *ſi pecuniam* 5. ff. *de condict. cauſ. dat.* adeò quidem ut, quamvis expreſſa non fuerit cauſa, ſubintel-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

intelligatur tamen conditio ſubſe rae profeſſionis, ſi donatio facta in ipſo ingreſſu, vel eâdem die, ide revocari per Judicem poſſit.

270. Verùm quia res hæc mult xietatibus, controverſiis & fr locum fecit: S C. Tridentinum de Regular. c. 16. ſaluberrimè d nullam renuntiationem, aut ob nem, poſt ingreſſum Religionis etiam cum juramento, vel in cujuscunque cauſæ piæ, valitura ceps, nisì cum licentia Epiſcop Ejus Vicarii, aut Capituli, temp dis vacantis, interveniente in ipſo ctu renuntiationis ſive oretenus ſcriptis, fiat intra duos ultimos m proximos ante profeſſionem ma ticè de puncto ad punctum, non liter, computandos; nec aliàs ram eſſe ſuum effectum, nisì p ne ſecutâ: quæ ſi per accidens que de cauſa prorogata fuerit, non lidatur idcirco renuntiatio, dum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

facta ſit ad præſcriptum S. Con. Tridentini: reſultante poſt tanti temporis lapſum argumento vocationis ac liberæ voluntatis, quæ cùm ad ultimum usque Novitiatûs momentum illæſa perſeverare debeat, meritò Rota decidit apud Merlinum, dictam renuntiationem in quacunque reſidui bimeſtris parte licitè ac validè fieri, & quò ſeriùs, eò meliùs.

271. Cauſa finalis hujus diſpoſitionis affertur ab ipſomet Concilio ibi: *ne hâc occaſione diſcedere nequeat, quòd totum vel majorem partem ſubſtantia ſua monaſterium poſſideat, nec facilè, ſi diſceſſerit, id recuperare poſſit. Quin potiùs præcipit ſancta Synodus ſub anathematis pœna Dantibus & recipientibus, ne hoc ullo modo fiat; & ut abeuntibus antè profeſſionem omnia reſtituantur, quæ ſua erant; quod ut rectè fiat, Epiſcopus etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, compellat.* Ideoque hæc diſpoſitio ad quemlibet alium donatarium, aut bonorum Novitii poſſeſſorem, ac arcen-

dam

G I 36

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dam libertatis læſionem extend
detur. Imò nec Parentibus, a
pinquis Novitii, quocunque p
conceditur, ut ex Ejusdem b
quid monaſterio tribuant, vel
aliquid donent filio in portion
mam imputandum.

272. Hinc elicitur, non i
quoscunque contractus Nov
ſed eos duntaxat, in quibus aliq
tunt de proprio, cujusmodi ſ
tio inter vivos, renuntiatio,
aliiq́ue contractus lucrativi,
eorum patrimonium læditur,
libertati præjudicatur, ne vid
compulſis, ob diſſipationem
cationem bonorum ſuorum,
profitendi Religionem incum
emptio, venditio, permutatio,
q́ue contractus hui. Concilian
tioni non ſubjiciuntur, dum
lebrentur ſecundùm Jus comm
ante profeſſionem: ſicut nec
causâ mortis, teſtamentum, c

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

&c. utpote ob revocabilitatem ſuam nec lædentes Novitii patrimonium, nec ejusdem libertatem, ſi tamen teſtamentum, vel aliam quamcunque ultimam diſpoſitionem ſuam, pro qualitate heredum, fecerit juxta ſolemnitates aut modos de Jure præſcriptos. V. *Barboſam ad h.l.n.*14. ubi 33. Auctores pro hac ultima deciſione adducit. Quibus addo S. Congregationis Concilii declarationem in una *Burgi S. ſepulchri* apud Pirovanum *p.* 4. *Recen. deciſ.* 556. *n.* 11.

273. At ſi nudam renuntiationem infra ultimum Novitiatûs trimeſtre cum Epiſcopali licentia ſub conditione tacita vel expreſſa ſubſecuturæ profeſſionis, juxta Decretum S. Trid. Concilii, fecerit, nullâque aliâ diſpoſitione Teſtamentariâ relictâ, ante profeſſionem è vivis deceſſerit, declaravit S. Congregatio Concilii 22. *Octobris* 1573. apud Paſſarellum, donationem ita factam non ſortiri effectum; & conſequenter Ejus bona

bona pertinere ad Heredes ab in-
to, ob defectum profeſſionis no
ſecutæ. Id quod ſimiliter de do
nialis ante profeſſionem, absque
ſpoſitione defunctæ reſtituend
dem heredibus ab inteſtato u
fructibus, ſiquos monaſterium
piſſet, deducto tamen victu
Novitiæ, Fagnanus reſolutum
ſtatur.

274. Porrò, quamvis ſæpe
ſpoſitio S. C. Trid. in verbis
*tamen S. Synodus non intendit*
*novare, aut prohibere quin*
*ricorum ſocietatis JESU,*
*Eorum inſtitutum à S. ſede*
*approbatum, Domino & E*
*inſervire poſſit.* Aliquando S. C
gationi in particulari caſu con
fuerit exceptionem referre t
ſecundam Decreti ſui partem
*feſſionem poſt annum emittend*
men accuratiùs perpensâ, fa
ùs deſuper verbo cum B. Pio V

reſpondit, Religioſos ſocietatis JESU etiam quoad obligationes & renuntiationes eſſe ab hoc Decreto exceptos, ita ut quandocunque, & ſinè cujusque licentia factæ, nequaquam ſubjaceant hujus Decreti Conciliaris annullationi.

275. *Si quæris, quid S. Concilium ad hanc exceptionem permoverit?* Reſpondeo, *Inſtitutum ſocietatis* à S. Sede Apoſtolica approbatum, quod in ipſo Tyrocinii ingreſſu candidatos ordinis promittere jubet abdicationem bonorum, quandocunque Superior eam præceperit poſt primum probationis annum; & à ſocietatis ſcholaſticis exigit, ut non diſponant, niſi in pias cauſas, maximè verò in ſubſidium ſocietatis, exoptando majus & univerſalius Ejusdem bonum, juxta Chriſti conſilium *Matt.* 19. v. 21. depoſito inordinato erga Parentes affectu; aut ſi qui dubitent, num majoris foret perfectionis dare vel renuntiare Conſanguineis hujusmodi bona, quàm aliis, propter parem vel etiam

N majo-

majorem ipſorum penuriam, &
ſtas alias cauſas, ad declinandum
di periculum, negotium hoc arbi
nius, duorum, aut trium, qui vi
ctrinâ commendentur, à ſe cum
batione ſuperioris eligendorum
quant, & in eo conquieſcant,
perfectius, & ad majorem Chr
mini noſtri gloriam eſſe cenſ
tamen, ut poſt primum Tyro
num, ſi Superior arbitretur al
bonorum retentionem à pro
ſpiritu retrahi, Novitius co
irrevocabiliter & abſolutè ſp
omnibus ſuis rebus ac jur
ralibus, ſubmovendamque
fiduciam eadem ullo tempo
randi: ſecùs autem, diſpoſit
dita licèt vota ſimplicia, d
ad plures annos, retento bon
minio, compatibiliter cum
pertatis jam emiſſo, ob uſu
niſtrationem dependentem a
ſuperioris, donec per ultima

Bilem in ſocietate gradum obtineant: ne videl. ſi juſtas ob cauſas è ſocietate dimittendi ſint, neceſſariis vivendi mediis facilè deſtituantur aut ſocietati nimis grave ſit, cum talibus poſtea lites movere.

276. Sed *quid, ſi contingat, aliquem, poſt factam in ſocietate renuntiationem bonorum, ex ea dimitti?* Reſp. Cùm talis in donando ſe conformare cenſeatur conſtitutionibus ſocietatis JESU, à S. ſede Apoſtolica approbatis, exigentibus, donationem fieri ſinè ulla ſpe recuperandi, ut omnis tentatio revertendi ad ſæculum præcludatur, non habet, quod ſummo jure poſt reditum in ſæculum vindicet: Prudentiæ tamen, gratitudinis, charitatis, ædificationis, & æquitatis lex poſtulat, ipſiusque ſocietatis declaratio *p. 2. Conſtit. c. 3. lit. B.* perhibet, tali dimittendo tantum reſtituendum eſſe, ne vel alimentorum defectu labatur in gravem miſeriam; vel in ſocietate remanere debeat, cum ſuo & ſocie-

ſocietatis incommodo, diſpen-
propriæ valetudinis, & non rarò,
Carolus de Grobendoncq lo-
ſalutis æternæ.

277. Reliquum eſt, ut vide-
in Beneficii Eccleſiaſtici renun-
Juri veteri, relato *c. Benefici-*
*Regular.* in 6. locus ſit? & *R-*
negativè per ſæpedictum Con-
cùm ea ſit amiſſio magni juris,
Novitiorum libertas non p-
ſtringitur, ita ut iisdem ſolem-
opus ſit, quibus in quacunq;
tiatione, nec beneficium
probationis annum, aut,
niente conſenſu & authorita-
illico vacare dicatur, nulli in-
ferendum ſit, donec profeſſio
tur, ob conditionem regreſſu
eſt de Jure, nec niſì per pro-
Religioſam purificatur; Fruct-
terim percepti ex beneficio,
reſignatio admittatur, vel pro-
deductâ congruâ portione d-

rio, ſubſecutâ profeſſione, ad univerſalem vel particularem Religioſi noviter profeſſi ſucceſſorem pertineant, etiamſi profeſſio juſtam ob cauſam procraſtinata fuerit: ſicut è contrà, ſi ex Apoſtolica diſpenſatione aliquid de probationis anno remittatur, emiſ â profeſſione Beneficium ſubitò vacat, conferrique poteſt. Ex quo rectè colligunt Sanchez & Layman, in Societate JESU toto probationis biennio non vacare, nec conferri poſſe beneficia Novitiorum: addunt tamen in Congregatione V. generali ſocietatis *can* 5. Decretum fuiſſe, ut ea finito probationis biennio, ante votorum ſimplicium emiſſionem, reſignentur. Tandem, quia beneficiis quibusdam jus eligendi annexum eſt, dubitare non licet, quin Novitius tale beneficium poſſidens vocatus ſit ad eligendum, conſtituturus tamen loco ſui Procuratorem c. *ſiquis 46. de elect.* in 6.

278. Et hæc univerſim de Novitiis in

Novitiatu ſub Religioſo habitu c-
tutis: quibus Joannes Baptiſta d-
æquiparandos meritò putat eos
ſcentes ad Religionem admiſſos,
ſub Magiſtro vivunt in cella N-
rum, habitu ſæculari tantùm p-
monia retento, tum ob fervore-
ob maximam obedientiam ac ſ-
nationem cum omnimoda de-
ne propriæ voluntatis, quin-
tionem habitûs pudor egredien-
culum diverſitatem inducat, c-
talis reputetur pro egreſſo è R-
& è contrà major plerumque
in deſiderio viventium fervo-
communi.

279. Ultima difficultas eſt,
*cretum Concilii feriat etiam*
*tiones factas ante ingreſſum in*
*rium?* ad quam reſpondetur neg-
quòd S. Con. Tridentinum
perſonis dicere legem hac in pa-
erit, quàm pertinentibus ad t-
& forum Eccleſiæ, quales non

ſonæ ſa-
ac pro-
nis ve-
actibu-
bent,
vel ali-
ſtituti
Utcu-
ligion-
nent
nis;
ditio
perſev-
*ſi Eccl-*
*poſſeſſ-*
*tuliſſe*
*cleſia-*
*ſtrati*
*abs-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſonæ ſæculares ante actualem ingreſſum, ac proinde ſolemnitates Juris communis vel ſtatutarii adhibere in ejusmodi actibus, nec cuique paſſim fidere debent, ne ſub manibus conjunctorum vel aliorum bona ſua captantium conſtituti facilè in muſcipulam pelliciantur. Utcunque autem intuitu ingreſsûs Religionis tunc diſpoſuerint, omnia remanent ſub determinatione Juris communis; talique oblationi ineſt tacita conditio, ſi Religionem ingrediens in ea perſeveret. c. *Quod à te*. 3. §. *ſanè*. ibi: *ſi Eccleſiis, quibus intitulati fuerant, de poſſeſſionibus aut aliis bonis aliqua contuliſſe noſcuntur, cùm ab earundem Eccleſiarum miniſterio & beneficio ſequeſtrati fuerint, ad ipſos rectâ viâ debent absque contradictione redire.* ✠. de Cler. Conjuga.

## Caput V.

# De reclamationibus nul[...] profeſſorum.

280. *Quomodo inſtituendum jud[...] nullitate profeſſionis?*
281. *De Præſcriptione per quinqu[...] pſum inducta; & beneficio reſtitu[...] verſus eundem.*
282. *Cauſa reclamandi, & ſpec[...] metu.*
283. *Quid ſi agatur de defectu na[...] ignoto?*
284. *Quid agendum in reclamati[...] in cognitione cauſæ & ſententi[...]*
285. *An & quæ bona tali dimiſſo [...] endæ?*

280. S. C. Tridentinum *ſeſſ.* [...] *gular.* c. 19. audiri [...] quemcunq; Regularem prætend[...] quacunque de cauſa dimittere h[...] niſi intra quinquennium tant[...] profeſſionis cauſas nullitatis d[...] coram ordinario & ſuo ſuperior[...] ita quidem ut, ſi habitum ante[...]

dimiſerit, nullatenus ad allegandam quamcunque cauſam admittatur; ſed ad monaſterium redire compulſus tanquam Apoſtata puniatur. Ubi non immeritò ordinarius ſimul cum Regulari Superiore in judicio nullitatis profeſſionis adhiberi jubetur, quia cùm vertatur hìc cauſa Religionis, quatenus ſcil. commodum vel incommodum ex remanſione talis profeſſi principaliter in ipſum monaſterium redundat, æquum fuit ſuperiori ordinis adjungi Conjudicem, quod jam olim in ſimili caſu à Concilio Meldenſi quoque ſub Sergio P. II. ordinatum fuit. Nec aliud dicendum eſt, ex natura correlativorum, ſi reclamatio intendatur ex parte Monaſterii contraReligioſum nullitate profeſſum; quin potiùs major urget ſuſpicio diffidentiæ, ne ſuperiores Regulares ob peculiarem affectum erga Religionem, vel ſingularem averſionem à perſona ipſius profeſſi quandoque non dimittendos dimittant.

281. Idem Concilium poſt quinq-
nii lapſum præſumit tacitam proſ-
nem quandam, ſeu revalidation-
juscunque defectûs, quo emiſſa p-
ſio laboraverat: & ſunt, qui tene-
mino hoc quinquennali induci p-
ptionem aliquam peremptivam a-
dicendi de nullitate: ut proinde-
ligioſus exire, nec Religio tal-
pliùs dimittere valeat, niſi ex j-
ſa reſtitutio in integrum advers-
ſum quinquennii à S. ſede Apoſ-
ad quam talis conceſſio privat-
net, obtineatur.

282. Cauſa reclamandi po-
omne, quod profeſſionis n-
producit, E. G. defectus ætat-
mæ, vis aut metus gravis &c. q-
qui allegat, in ſe ſuſcipit onus p-
di L. *fin.* ff. *quod met. cauſ.* nec-
metum ab homine fuiſſe illatum
inferatur in ordine ad extorq-
profeſſionem c. *Perlatum*, 1. ...
*qua vi met.* Durante verò cauſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſufficit proteſtatio aut querela de paterno imperio coram viris probis, ſi tutò fieri poſſit; aut ſi periculum ſit, ne cum pari diſcrimine reveletur etiam proteſtatio, timor, ùt à reclamatione, ſic & à proteſtatione excuſat, dummodo metum paſſus difficulter occurrere poſſit malo, quod timet. Imò Rota Rom. non ſemel aſſeruit, in matrimonio ſpirituali ſufficere metum reverentialem accedentibus minis, puta, ſi tantus ac talis extiterit timor, ſinè quo profeſſio nequaquam emiſſa fuiſſet: notatque Merlinus *deciſ.* 590. in hac materia, præſertim dum res intra domeſticos parietes acta fuit, probationes leviores admitti.

283. Ubi verò non agitur de aliquo defectu pendente à ſola voluntate profitentis, qualis eſt vis & metus; ſed de defectu naturali ignoto, cujusmodi apud aliquas Religiones Apoſtolicâ authoritate ſuffultas eſt impuritas ſanguinis derivati ab Hebræis ad certum usque gradum; tunc quinquennium, ad indu-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cendam profeſſionem ſeu ratific nem præſtitutum, computandum die notitiæ impedimenti (nisi cond tiones particulares à S. Sede app tæ poſt S. C. T. aliud decernant) propoſitione generali, quòd anim incognita non ſit trahendus.

284. Ordinarius & localis ſu Religionis ad cognitionem cauſ cipalis, & prolationem ſententi nullitate, conjunctim procedere reclamatio verò ſecundùm ſe, ſo lùm declarationem animi c continens, in extra judiciali fo ram viris probis, ut ſuprà dict eri poteſt. Quanquam exped hanc fieri coram uno ſaltem ex J dicibus in Forma judiciali, ob m actûs certitudinem, & ad exclud affectatas ac minùs veras prob Quam ob cauſam mihi quoq placet quorundam in hoc luto ha um ad Confeſſarium duntaxat re ut aliquando in actuali reclamati

jusdem teſtimonio fulti ſint, niſi vel Confeſſarii qualitas ſingularis, vel aliæ circumſtantiæ procul omni ſubornationis periculo, faciant ampliora præſumi.

285. Stante profeſſionis annullatione, adeò ut, jure retrotractionis ad initium, reclamans poſt declarationem nunquam Religioſus fuiſſe cenſendus ſit, quæritur, *an & quæ bona tali ſint reſtituenda?* Et reſpondetur, facto inter bona diſcrimine, ea ſolùm obnoxia eſſe reſtitutioni, quæ à parentibus, conjunctis, vel amicis intuitu ſanguinis aut perſonalis affectionis acceperat: quoad reliqua verò capiendum eſſe argumentum à materia peculii ſervorum ſuper acquiſitionibus factis per ſervum à Domino certæ cuidam adminiſtrationi præpoſitum, licèt poſteà liber declaretur. Facitque huc inſuper illud, quod de Epiſcopis & Clericis in quæſtione de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis ad Tit. *de peculio Clericorum, & de ſucceſ-*

*ſione*

*ſione ab inteſtato*, diſſeritur, quò l[ecto]-
rem plura deſiderantem remitto.

## CAPUT VI.

## De recognitione miracul[orum], indulgentiarum, & SS. reliq[uia]-rum.


285. *Vaſtitas materiæ hoc titulo com[pre]ſſa.*

286. *Decretum* S. C. *Trid. de admi[ſſione mi]raculorum; & quot modis ea ſ[...] ubi de Extraordinaria* Rituum C[ongrega]*tione.*

287. De *probatione miraculorum.*

288. *Quando admittatur probat[io] per unicum Teſtem.*

289. *Qualia miracula ſpectent a[d ...]lem recognitionem?*

290. *Quantum hodie liceat* Epiſcop[is in exa]*minandis miraculis ſervorum* DEI.

291. *De novis miraculis ſanctorum [...]torum.*

292. *De conſilio Theologorum & [...]rorum: ubi de natura Conſilii a[c]quiſiti,*

293. *Praxis examinandi miracul[a] SS. imaginum facta.*


294 Di[...]
295. De[...]
296. D[...] cogni[...]
297. P[...]
298. P[...] Indu[...]
299. P[...] dera[...]
300. [...] oſſa[...]
301. [...] qui[...]
302. [...] dibi[...]
303. [...] ſede[...] Prin[...] ter[...]
304. [...]
305. [...]
285. [...]

tatem[...]
ampl[...]
conc[...]
ſing[...]

294. *Diſcrimen inter* miracula & gratias.
295. *Definitio Indulgentiarum.*
296. Decreta S. C. *Trid. de earum uſu & re-cognitione.*
297. *Praxis primi Decreti de recognitione.*
298. *Proſecutio materiæ, adjectâ explicatione Indulgentiæ Sabbathinæ.*
299. *Praxis & ſenſus ſecundi Decreti de moderatione Indulgentiarum.*
300. *Diſcrimen legis veteris & novæ quoad oſſa defunctorum.*
301. *Cautela antiquæ Eccleſiæ in veris reliquiis dignoſcendis ab adulterinis.*
302. *Hodierna Conſtitutio Eccleſiæ, ut fraudibus obvietur.*
303. *In gravibus dubiis recurrendum ad S. ſedem Apoſtolicam, quò etiam modernus Princeps Epiſcopus Auguſtanus laudabiliter recurrit.*
304. *Praxis recognitionis SS. reliquiarum.*
305. & 306. *Praxis tranſlationis earundem.*

285. INtegrum omnino tractatum mereretur hoc Caput, obvaſtitatem materiæ, rerumque dicendarum amplitudinem. Sed quia multa paucis concludere ſatago, ita breviter agam de ſingulis, ut tamen nihil prætereatur aut ob-

obſcuretur eorum, quæ ad Epiſc
munus pertinere dignoſcam. Sic

*§. I. de recognitione miraculor*

286. De Miraculis ita ſtatuit S
cilium Noſtrum *ſeſ.25. Refor. De*
*Vener. &c. nulla admittenda eſ*
*miracula, nec novas reliquias*
*das, niſi recognoſcente, & app*
*Epiſcopo: qui ſimul atque de iis*
*compertum habuerit, adhibitis*
*lium Theologis, & aliis piis viris,*
*ciat, quæ veritati & pietati con*
*judicaverit.* Eſt autem miracu
ta S. Auguſtinum *de utilit. cre*
quid arduum & inſolitum,
& facultatem admirantis exiſten
juxta S. Doctorem Angelicum
113. a. 10. ☉. tribus modis fieri
1. ſi ſecundùm ſubſtantium exce
cultatem naturæ ſolâque virtute
fieri poteſt, ùt in Corporum gl
tione contingit. 2. ſi ratione ſub
quo fit; non autem quantum ad
fit, excedit facultatem naturæ,

tutio viſûs in cœco: quanquam enim natura viſum præſtare queat, minimè tamen id poteſt in cœco, 3. ſi naturæ facultatem excedit, quoadmodum & ordinem faciendi, ùt cùm quis infirmus in inſtanti perfectam ſanitatem aſſequitur, præter ſolitum curſum ſanationis, quæ fit à natura vel arte: unde licèt etiam ab Angelis applicantibus activa paſſivis in momento ſanitas ægroto reſtitui poſſit, non dicitur tamen miraculum, quòd per illam actionem regularis curſus univerſalis naturæ quodammodo inverſus non ſit: dum verum miraculum non debet habere cauſas præſentes intra ordinem totius naturæ; ſed applicari ſolùm virtute Divinâ: ut proinde fixum ac firmum remaneat, vera miracula patrari poſſe principaliter tantùm à DEO *Joan. 3. v. 2.* quæ tamen ab aliis actionibus mirandis diſcerni non poſſunt, niſi ad finem, modum, tempus, locum, aliasque circumſtantias extrinſecas facto recurſu: quæ cauſa eſt, quòd in extraordinaria Congre-

gre-

gregatione Rituum ſuper Canoni-
ne ſanctorum, vel beatification-
tu quorundam ſervorum DEI, ult-
dinales, ſecretarios, alioſque Pr-
& officiales vel Theologos S. C-
gationis ordinariæ Rituum, inſu-
motor fidei (qui plerumque ſo-
eſſe Advocatus Fiſcalis) Tres a-
res Auditores Rotæ, unus ex Pro-
tariis participantibus, plures Th-
tanquam Conſultores, vel re-
Qualificatores, & peritiſſimi M-
Philoſophi pro diſcuſſione m-
rum adhibeantur.

287. Miracula ſolùm à po-
ratiocinationem & neceſſariam
quentiam probari poſſunt, qu-
ſtes deponunt de re tali, quæ v-
ſubſtantiam, vel ratione ſubje-
ſaltem cum talibus circumſtanti-
rat regularem curſum & facult-
tius naturæ, quæ vocatur à Bal-
recta probatio, regulariterque
minimum idoneos teſtes requi-

omni.
in quib
dome
cujus
ex R
cùm
te ſu
per ju
ceſſe
ba Ju
verba
cogn
ſuoru
quibu
factu
cepti
nem
à judi
28
bus n
teſte
ſi vel
niſi
de fa

*omni.* 4. &c. *Licet.* 23. ✠. *de teſtibus*, in quibus non refert, cæteris paribus, an domeſtici ſint, vel ejusdem Religionis, cujus Ille, de cujus miraculis quæritur, ex Regula generali c. *Inſuper.* 6. & c. *cùm Nuntius.* 12. ✠. *de Teſtib.* non obſtāte ſuſpicione affectionis ad cauſā, quæ per juramentum purgatur. Neque neceſſe eſt, quòd teſtes deponant per verba Juris, ſed ſufficit quòd deponant per verba Facti, quid ſcil. ab ipſis viſum & cognitum fuerit, reddendo rationes ſuorum dictorum & cauſas ſcientiæ, ex quibus Judex intelligere poſſit, an tale factum ſit miraculum, quod non eſt perceptibile ſenſu teſtium, ſed per rationem duntaxat, utpote ſolùm dependens à judicio intellectûs.

288. Non deſunt tamen caſus, in quibus miracula quandoque per unicum teſtem fide dignum probantur, maximè ſi vel ex natura miraculi probatio non niſi per unum haberi queat; vel aliquis de facto proprio deponat, concurrenti-

bus

bus utrobique indiciis & admi-
ex quibus Judex prudenter in-
poſſit animum ſuum, quòd ta-
hac cauſa credendum ſit: ùt vide
apud Rotam *in relat: S, Hyacin.*
*mirac* referentem, quòd Leo I.
nonizatione *S.* Swicberti quoa
eventus adhibuerit fidem uni
ſingulari. Quamvìs ordinariè,
agitur de miraculis in ordine ad
cationem vel canonizationem,
inniti debet judicium de aliquo
cando vel canonizando (ob
Eccleſiæ præjudicium, ſi pro
falſum ineſſet) plures conte-
requirantur.

289. Quæritur, *an S. C. Trid.*
*tur* de novis miraculis ſanctor.
probatorum tantùm; an gener.
quibuslibet etiam hominum a
ſia non approbatorum? *Reſp.*
liùs dare tantùm Epiſcopis fa
recognoſcendi & approbandi
ctorizandi & pro veris declara

miracula eorum, qui Canonizati, beatificati, vel expreſsè tacitéve approbati ſunt; nec derogare S. Concilio Lateranenſi relato c. *cùm ex eo. 2.* ✠. *de Reliq. & vener. ſan.* ùt ad h. l. Doctores paſſim obſervant: ne, ſi Epiſcopi approbare poſſint miracula noviter à defuncto poſt mortem patrata, neceſſariò ſimul Ejusdem ſanctitatem, quæ ex miraculis poſt obitum factis concludenter infertur, declarent. Et hodie quidem, poſt Urbani VIII. conſtit. *Cœleſtis Hieruſalem. 5 Julii.* 1634. nullum omnino dubium ſupereſt, quâ præcipitur Epiſcopis, ut quoad defunctos cum fama ſanctitatis nondum Canonizatos, vel Beatificatos, informationes ſolùm recipiant, transmiſſoque negotio inſtructo ad S. ſedem Apoſtolicam, indè Reſponſum expectent.

290 Imò, poſtquàm ordinariis prohibitum fuit, examinare miracula ſervorum DEI, niſì ex ſpeciali commiſſione S. Pontificis, poſt annos quadraginta ab

ab obitu eorundem elapſos, exam
que priùs vitæ ſanctitate (quodi
cum Gregorii IX. Conſtit. Cu
*Dominus. 1. Iunii* 1232. edita c
hodie nihil aliud iisdem con
quàm inſtructio proceſſuum i
ad effectum examinandi, an co
da ſit inſtructio proceſsſis in
probationes interim pereant: A
ſis proceſſibus in ſpecie, hi tran
di ſunt ad S. ſedem Apoſtolicam
ad validitatem à S. Congrega
tuum extraordinaria examin
deinde absque ullo ad ulte
greſſu, ſub modò dictæ Co
nis ſigillo ad præfinitum usque
aſſerventur.

291. Secùs dicendum eſt de
miraculis eorum, quibus ex co
conſenſu tantùm, vel ab imme
li tempore cultus publicus com
liquet ex Decretis Inquiſitionis
ralis & Urbani VIII. 13. *Martii*
*Declarans, quòd per ſupradicta*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*care in aliquo non vult , neque intendit iis, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, aut per Patrum, Virorumq; Sanctorum ſcripta , vel longiſſimi temporis ſcientiâ, ac tolerantiâ Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii, coluntur.* Qui cùm relinquantur in poſſeſſione proprii cultûs, ùt pulchrè ait Pasquiligius, relinquuntur etiam in poſſeſſione, quòd per approbationem miraculorum poſſit idem cultus manuteneri: prout etiam, quantum ad poſſeſſionem cultûs, Celſitudo ſua nuperrimè S. Machario Abb. in Monaſterio Scotorum Ord. S. Benedicti Herbipoli, ab immemorabili tempore, publicè culto, à quibusdam indecentem quæſtionem ſtatûs movendam non *eſſe reſolvit.*

292. Quod porrò de adhibendis in conſilium ab Epiſcopo Theologis, aliisque piis viris, decernitur, Epiſcopi facultatem ita reſtringit , ut hâc formâ non adhibitâ nulliter procedat; quanquam non teneatur illorum conſilium ſequi

ſequi , ſi graviore motivo quo
contrarium innitatur , juxta
*Conſilii*, quod ſi de Jure requi
faciendum aliquem actum, pe
debitoque termino reſponſum
ctandum eſt, licèt non ſit ſequ
niſì in caſibus à Jure expreſſis,
Congregatio Concilii 5. *Junii*
27. *Martii* 1632. declaravit.

293. Quando miracula fi
tur in qualicunque Eccleſia,
crarum imaginum, ſtatim de
ſcopi operiendæ ſunt tales
claudendæ Templi januæ,
hominum impediendus,
publicentur, antequàm ab Ep
ligenter examinata fuerint
ta. Quod ſi effectus præ ſe
tionem miraculi fuerit tranſie
quòd imago quædam locuta
vertit Paſqualigius, tale quid
tes, qui præſentes fuerint, ſum
diligentia & cautela tunc exam
eſſe, tum circa dicta ſua, tum c

prias qualitates & vitam ſuam, ad videndum, quanta fides iisdem ſit tutò præſtanda. Similiter ſi quis in vivis adhuc exiſtens, ad invocationem Nominis Divini, ùt hiſce diebus Venerabilis P. Marcus ab Aviano Capuccinus Monachii, ex Italia eò accitus ad requiſitionem Sereniſſimæ Catholicæ Domûs Electoralis Bavaricæ, feciſſe dicitur, prodigioſa patraret, Ordinariorum munus eſt in omnia diligenter inquirere, ne quid temerè credatur, vel aſſeratur: quam ob cauſam Celſitudo ſua 17. *Iunii* 1680. ſedulam ac fidelem rerum ab illo celebri Patre cum Bambergenſibus Diœceſanis geſtarum indagationem duobus Theologis ordinariâ authoritate commiſit, factura deinde, relationibus Commiſſariorum obtentis, quod Decreta Conciliaria, Conſtitutiones Apoſtolicæ, & tantæ rei gravitas exigunt.

294. Quia tandem perſæpe fieri ſolet, ut homines etiam beneficia non ex-

cedentia facultatem totius natu
DEO ſimpliciter vel ad interceſſi
alicujus Sancti, obtineant: pro
bulæ votivæ DEO, tanquam Be
Authori, & Sanctis tanquam ej
apud DEUM Impetratoribus
appenſæ teſtantur. Ea, cùm na
rent totius naturæ vires ac ordin
tantùm conſiſtant in effectu
benevolentiæ DEI Nobis
beneficium per cauſas naturales
ciali applicatione Divina, non
lari earundem curſu, conferem
ri ſolent *gratiæ*; non verò
unde ortum traxiſſe videtur
rum Tabulis votivis plerumque
ptum: *Per grazia ricevu*
gratiæ, cùm à miraculis prop
rant, nec deceptioni circa inter
nem authoritatis Divinæ ſubje
quod omne beneficium ſit à
ſemper ab eo recognoſci poſſu
Epiſcopali approbatione opus
modo à viris doctis & piis pro

bus ejusmodi divinis favoribus ſive ſimpliciter, ſive ex interceſſione Sanctorum, collatis habeantur.

§. II. *De recognitione Indulgentiarum.*

295. Indulgentia eſt jurisdictionalis remiſſio pœnæ temporalis pro peccatis actualibus DEO debitæ facta à Prælato Eccleſiæ de communi Eccleſiæ theſauro, per applicationem ſatisfactionis Chriſti & Sanctorum extra Sacramentum. Dicitur I. *Remiſſio jurisdictionalis*, quia tanquam beneficium eſt actus jurisdictionis voluntariæ ſupponens in Prælato ſubditis ſuis indulgentiam concedente poteſtatem ſpiritualem ad ligandum & ſolvendum. Dicitur II. *Pœna temporalis*, id eſt, pœnitentiarum in hoc ſæculo injunctarum vel injungendarum ſecundùm formam antiquorum Canonum, & pœnarum purgatorii illis reſpondentium. Dicitur III. *pro peccatis actualibus*: cùm originale unà cum cæteris ante Bapti-

ſmum omnimodè tum quoad cu
tum quoad pœnam auferatur. Di
IV. DEO *debitæ*, utpote per p
noſtra à nobis offenſo. Dicitur V
*cta à Prælato Eccleſiæ*, qui eſt
Divino S. Pontifex, viſibile caput
ſiæ ſi de plenariis loquimur: re
non plenariarum verò, etiam Arc
ſcopi & Epiſcopi jure ordinario
tione muneris ſui Epiſcopalis co
tente, adeoque aliis delegabili, ſ
ſuis concedere poſſunt, dummodo
excedant ſtatutum generalis Co
Lateranenſis ſub Innocentio III.
tum c. *Cùm ex eo.* 14. ✠. *de pœn.*
*remiſ.* ne claves Eccleſiæ per in
tas Prælatorum indulgentias co
mnantur, & ſatisfactio pœnitenti
nervetur. Quod autem de P
Religioſorum Ordinum circum
vel de commiſſione ſpeciali *S.*
ficis intelligendum eſt, vel de ad
one fidelium ſuper indulgentiis i
diatè à Papa conceſſis. Dicitur

*de communi Eccleſiæ theſauro* : qui eſt infinitus theſaurus meritorum & ſatisfactionis Chriſti per modum cauſæ univerſalis & primariæ remiſſionis ejusmodi pœnarum , cum qua nonnunquam, ad fovendam fidelium charitatem & communionem Sanctorum, jungitur ſuperabundans ſatisfactio Juſtorum per ſe & intrinſecè pendens ab illa Chriſti ſatisfactione , ac indè vim omnem accipiens , citra ullam ejusdem injuriam aut deminutionem. Quod ut firmiùs intelligatur , ſciendum eſt, in laborioſis Sanctorum operibus , ex virtute & dignitate in eadem derivata à Chriſto, duplex ineſſe jus, unum , prout ſolum meritum reſpicit , cui pro mercede gloria cœleſtis juxta menſuram charitatis reſpondet ; alterum , prout eſt actio laborioſa compenſanda per remiſſionem pœnæ aliunde debitæ , quæ cùm ſæpe major ſit ipſo debito , ſequitur, tales Sanctos cum ejusmodi ſatisfactionum non compenſatarum pecu-

lio defunctos, adhuc eo nomine, ſu
mâ DEI Remuneratoris bonitate,
ditores exiſtere: quorum prætenſ
fructu ſibi promiſſo ac debito
tur, prudenti diſpenſatricis Eccl
arbitrio à Chriſto gloriam & com
nionem Sanctorum quærente reli
fuit, quâ ratione & quibusnam fide
hic theſaurus ſit diſpenſandus. D
tur VII. *Per applicationem Chriſ*
*Sanctorum*: quamvìs enim Chri
univerſalis totius mundi Redem
DEO Patri pro peccatis omnium
nitè ſatisfecerit; aliisq́ue vim
mentalem ad hoc concurrendi
ticipata virtute meritorum Chriſ
buerit: applicari tamen nobis illud
tiũ debet per uſũ Sacramentorũ,
aliũ modum à Vicario ſuo, tanqu
nerali diſpenſatore, præſcriptum,
citur VIII. *Extra ſacramentum*
concedi ſoleant non ex opere op
ſed ſub conditione alicujus operi
Epiſcopo Confirmato, etiam no

Preſbytero, Abb. ad c. *Accedentibus*. 12. ✗. *de exceſ. Prælat.* Defunctis autem duntaxat per modum ſuffragii: qua de re vide Pacificas Cogitationes meas *q. 4. §. 41.*

296. De Indulgentiarum antiquitate qui dubitat, legat 2. *Cor. 2. v. 7.* & Patres longâ ſerie à pleriſque Controverſiſtis adductos. De hodierno earum uſu duo decrevit S. Concilium Trid. I. *ſeſ. 21. refor.* c. 9. ut Epiſcopi Indulgentiarum, quæ à S. ſede Apoſtolica conceſſæ ſupponuntur, publicationi attendant. II. *ſeſ. 25. Decr. de Indulgen.* in iis concedendis adhibendam eſſe moderationem, juxta veterem & probatam in Eccleſia conſuetudinem, ne nimiâ facilitate diſciplina Eccleſiaſtica enervetur.

297. I. Sic practicari ſolet, ut Epiſcopi Brevia Indulgentiarum à S. ſede obtenta diligenter recognoſcant, licentiamque eadem publicandi tum Eccleſiaſticis, tum ſæcularibus intra Diœceſes ſuas habitantibus tribuant. Quod cla-

riùs patet ex declaratione S. Congre-
tionis Concilii *ad c. 9. cit*, ibi: *N*
*ergo ſinè ordinariorum licentia & au-*
*ritate poterit eas publicare, non obſ*
*quâcunque exceptione, aut exemp*
*etiamſi Regularis ſit aut in Eccleſii*
*rum Regularium, etiam prætextu p*
*legiorum, E. G. Confraternitatis R*
&c. Et ſi quid eſt, quod accuratâ o
nariorum attentione opus habet, p
tem invigilandum eſſe cum primis B
vibus conceſſivis Altarium Privileg
rum, quorum uſus, ad certas cond
nes ſeu confraternitatum, ſeu dete
nati miſſarum numeri indies perſo
di reſtrictus, antè ab Epiſcopo per
non debet, donec certò exploraver
mnia continuò fieri poſſe, ac fide
præſtitum iri, quæ ad fruitionem
inſignis privilegii deſiderantur. C
primis autem fidelibus ad hæc re
pronis bene inculcandum exiſtim
acquirendam per modum ſuffragii
mabus ad alteram vitam in Charita

gre

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

greſſis hanc Indulgentiam à S. Sede conceſſam, nequaquam ſufficere ſolam Miſſæ in Altari privilegiato celebrationem, ſed inſuper exigi ſpecialiorem dignitatem & idoneitatem in anima, ut tale ſuffragium indulgentiæ plenariæ ad eum effectum à DEO liberaliter acceptetur, quæ dignitas procedit ex devotione ſpeciali ad claves Eccleſiæ donativas indulgentiarum, pia ſollicitudine ad ſatisfaciendum pro peccatis propriis, ſtudio ad ſuffragandum defunctis &c.

298. Quam ſimplicis vulgi præmonitionem tantò magis neceſſariam autumo, quantò majus eſſe poteſt periculum, ne homines aliud ſibi perſuadentes aut in hac vita ſatisfactiones pro peccatis propriis negligant; aut celebratâ ſemel in Altari privilegiato miſsâ pro defuncto, eum certò liberatum putantes, nullis ampliùs deinceps ſuffragiis eundem adjuvare contendant. Quapropter cum grano ſalis etiam accipiendum eſt, quod de *Indulgentia Sabbathina* à SS.

 Pon-

Pontificibus Clemente VII. Grego-
XIII. Paulo V. & aliis dicitur, Popu-
Chriſtianum piè credere poſſe de a-
torio animarum Fratrum & Conf-
trum Sodalitatis B. V. M. de Monte Ca-
melo, videl. *Beatiſſimam Virginem a-*
*mas Fratrum & Confratrum in char-*
*decedentium, quæ in vita habitum g-*
*verint, & caſtitatem pro ſuo ſtatu c-*
*rint, officiumq́; &c. ſuis interceſſion-*
*continuis, piisq́; ſuffragiis ac meritis,*
*ſpeciali protectione, poſt earum tra-*
*tum, præcipuè in die Sabbathi, qui d-*
*Eccleſia eidem B. M. V. dedicatus*
*juturam.* Quæ ſunt verba Pauli V.
Bulla data Romæ 11. *Febr.* 1613.
quibus infert Leo Rhedonenſis in P-
*localis & Analectis, de Typo veſtu-*
*naſt.* non vanâ ſecuritate, aut temer-
fiduciâ gratulari ſibi poſſe Carme-
bonâ ſpe gaudentes, *ſi modò vitam*
*ſtituant tanto patrocinio Virginis*
*tusq́; privilegiis non indignam.* Co-
juxta morem Eccleſiæ, pro certis-
mo-

nabus etiam dictæ confraternitati adſcriptis, anniverſarii, miſſæ, officia, non obſtante Bullâ Sabbathinâ, per plures nihilominùs annos celebrantur.

299. Quoad II. cùm S. Synodus Tridentina moderationem adhiberi juſſit, juxta veterem & probatam in Eccleſia conſuetudinem, nimiam laxitatem ad eos fines reduci voluit, quos temporum & locorum conditio pateretur: quin tamen planè tolleretur illicium indulgentiarum ad ſubeundum, augendumque pietatis ſtudium & ut officium Confeſſariorum redderetur facilius, liberando eos à metu per indulgentiarum diſcretè conceſſarum occaſionem, ſi fortè Pœnitenti leviorem delictis pœnam injunxerint, quod ſpectatâ hominũ imbecillitate fieri plerumque ſolet, ne à ſaluberrimo ad Sacramenta acceſſu deterreantur: dummodo tamen peccatis non conniveant nimium, aliorumque peccatorum participes efficiantur. Quam ob cauſam Confeſſarii, ſi quem rationabi-

 liter

liter, conſideratis Ejus corporis & animæ viribus, mitiùs tractandum duxerint, quàm criminum qualitas promereatur, eundem cohortantur ſollicitè, ut per indulgentiàs, opera charitatis, Chriſtianam patientiam &c. ſe à pœnis in purgatorio luendis liberare conentur.

§. *III. de recognitione Reliquiarum.*

300. In lege veteri tanta cadaverum & oſſium humanorum abominatio fuit, ut Sacerdos ſolo eorum attactu contaminaretur *Baruch. 3. v. 11.* At in lege nova Reliquiæ Sanctorum non modò propter ſpiritus, quorum inſtrumenta fuerunt, piè coluntur ubique, ſed in ipſis etiam Altaribus reponuntur, ut, quorum animæ beneficè DEO junguntur in cœlis, ſuper eorundem cineribus aut ſepulcris miſſæ celebrentur, forſan ex eo, quod in Apocalypſi c. 6 *v. 9* legitur: *vidi ſubtus Altare animas interfectorum propter Verbum DEI, & propter teſtimonium, quod habebant.*

301.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

301. In qua Reliquiarum veneratione ne facilè contingeret fraudem committi, Optatus Milevitanus adversùs Parmenionem oſtendit, nefas fuiſſe jam olim, venerari reliquias Martyris non *vindicati*, hoc eſt, nondum approbati & recepti: quæ quidem approbatio, ùt ex S. Auguſtino diſcimus, cautiſſimè ab Epiſcopis facta fuit, adhibitis in conſilium Collegis Epiſcopis, ne vel hominum perverſorum malitiâ, vel defectu neceſſarii examinis, falſæ Reliquiæ pro veris obtruderentur: prout aliquando eveniſſe teſtantur Sulpitius, Gregorius Turonenſis, Glaber, Manriquez, & alii, quos inter omni exceptione Majores S. Gregorius Magnus & S. Auguſtinus, Græcos quosdam Monachos vel potiùs Hypocritas ſub habitu Monachorum aſſerunt, hujus perverſitatis Reos, aliquando in ipſa cadaverum in campo jacentium effoſſione, vel circumgeſtatione deprehensos fuiſſe. Quapropter Concilium Cæſarauguſtanum

guſtanum *can. 2*, ſtatuit, ut Reliquiæ in quibuscunque locis Arrianæ hæreſis infectis repertæ per ignem probarentur: qui tamen probationis vulgaris modus gravibus de cauſis ab uſu receſſit.

302. Quid hodie, ad obviandum tam periculoſis fraudibus, ab Eccleſia conſtitutum ſit, docet S. C. Trid. *cit. ſeſſ.* *Refor. Decr. de invoc.* &c. prohibens ne recipiantur novæ Reliquiæ, niſi Epiſcopo recognoſcente & approbante; ubi per *novas* non ſunt intelligendæ Reliquiæ Martyris non-vindicati; ſed Epiſcopis tantùm forma præſcribitur in probandis Reliquiis ſancti Canonizati noviter allatis aut inventis adhibendo vocatis in conſilium Theologis & aliis viris piis: niſi fortè conſtet, illas jam per Apoſtolicum Reſcriptum, vel alterius Epiſcopi Diploma canonicè approbatas fuiſſe, quo caſu tantùm Epiſcopi partes erunt, ut examinet, an non aliæ, quàm quales in Approbatione continentur, antequam licentiam

buat, eas à ſe recognitas publicæ venerationi fidelium in Diœceſi ſua exponendi.

303. Siquis verò dubius aut difficilis abuſus E. G. in cultu lipſanorum, de quibus nihil probabile nec è documentis legitimis, nec ex publicæ perſuaſionis continuata vetuſtate habeatur; vel circa quid aliud de ſuperſtitione ſuſpectũ, extirpandus ſit; aut aliqua de Reliquiis gravior quæſtio incidat, Epiſcopus, inconſultâ S. ſede Apoſtolicâ, nihil novum, aut in Eccleſia hactenus inuſitatum decernet; prohibebitque illico vulgi concurſum, ſi quid pro novo ſanctuario, non præhabitâ recognitione Canonicâ, circumferatur. Unde cùm Celſiſſimus ac Reverendiſſimus Princeps & Dominus D. Joannes Chriſtophorus Epiſcopus Auguſtanus dubitaſſet, an ſufficeret repoſitio SS. Reliquiarum in Altaribus, è quibus, poſtremis ſuecorum bellis, ſupra duodecim Reliquiarum millia, per univerſam Diœceſim

Augu-

Auguſtanam detractæ fuerant, iis præ-
cibus cæremoniiſque ſolummodo ſer-
vatis, quæ in earum collocatione tantum
exiguntur, cæteriſque dimiſſis, quæ
Romano Pontificali præſcribuntur:
laudabiliter apud S. Sedem pro declara-
tione inſtitit, & pro reſolutione, ad vo-
tum S. Congregationis Rituum, refe-
rente Eminentiſſimo Card. Franciſco
Mariâ Brancatio die 21. *Aprilis* 165
obtinuit Diſpenſationem Apoſtolicam
ob exceſſivum numerum Altarium ver-
ſorum reſultante morali impotentia
dem rurſum ſacris Reliquiis ad ſacrifi-
cium concinnandi, ſi reponendæ forent
cum cæremoniis in Pontificali Roma-
no præſcriptis.

304. Cæterùm in Sacrarum Reliquia-
rum cognitione, opus eſt, ut reipsâ co-
nantur, niſì Epiſcopus juſta de cauſa in
iis, quæ ſub Altaribus vel alibi recondi-
latent, aliud faciendum arbitretur. Pu-
blicis inſuper, privatiſque comprecatio-
nibus obſecrandus, ac diverſis chari-

tis& devotionis operibus exorandus eſt Pater luminum, ne quid contra Pietatem aut veritatem committatur. Tum verò conſiderari diligentiſſimè debent ſtatura ſeu dimenſio partium, color, odor, figura &c, quem in finem à ſolertibus Epiſcopis viri Anatomices bene periti regulariter advocantur. Memoratu quoque digna ſunt S. Caroli Borromæi præcepta, ut ſcripta, tabulæ, litteræ, codices Annalium, aliaque cujusvis generis monumenta, quæ in iis ipſis Eccleſiis, earumvé atriis, atque ædibus, aut aliis locis extant, ſchedulæque vaſculis aut arcis ſacrarum Reliquiarum affixæ, vel incluſæ, accuratè recognoſcantur, unde illarum, vel collocatio ibi facta cognoſci, aut alia ejusmodi notitia earundem haberi queat. Teſtes prætereà conquirantur, ſi qui ſunt, qui teſtimonium dent antiquæ conſtantisque traditionis, ex qua certa earum cognitio conſtet. Quamvis etiam meritò Regum ac Principum ſæcularium Diplomata

mata magno loco haberi debeant; p
tamen authoritatis ineſt commenta
viſitationum Epiſcopalium, aute
moniis Epiſcoporum, ad quos vide
recognitio & approbatio Reliq
rum ex officio pertinet; & multò
gìs Diplomatibus SS. Pontific
Quantum ad veteres picturas & ima
nes templorum parietibus appictas
appenſas probandi vis ex iis deſum
prudenti Epiſcoporum diſcretioni
linquitur. Antiquus etiam fideliu
Reliquias vel ſepulchrum, devotio
cauſâ, recurſus peregrinationes, pro
ſiones, tabellæ votivæ, jusjurandum
ea lipſana communiter præſtitum
non parùm conferunt ad veras Sanct
rum Reliquias dignoſcendas. Ut
am de miraculis, gratiis, aliisque
à DEO alicubi, ad flagitatam interc
ſionem cujuspiam Sancti, p
Cujusmodi recognitione per Ordina
um nondum ſusceptâ, in una *Viterb*
26. *Iunii* 1627. deciſum fuit, etiam
Eccle

Eccleſiis Regularium exemptorum Epiſcopo competere facultatem mandandi, ut Reliquiæ in loco ſibi bene viſo, retentis interim penès ſe clavibus, tamdiu cuſtodiantur.

305. Idem, mutatis mutandis, obſervandum eſt in translatione Reliquiarum, quas Ordinarius ante omnia (etiam in Eccleſiis exemptis) ad inſtantiam Rectoris illius Eccleſiæ, adductis ſecum aliquot Canonicis Eccleſiæ Cathedralis pro libitu aſſumendis, aliisque inſignibus Viris, & Medicis Anatomices peritis, coram Notario Apoſtolico & Teſtibus, publicè recognoſcet hoc ordine, quē paucis abhinc annis etiam à Reverendiſſimo Suffraganeo Herbipolenſi, de clementiſſimo ſuæ Celſitudinis juſſu atque præſcripto, in recognitione inſignium planè Reliquiarum in Eccleſia Herbipolenſi repertarum, obſervatum meminimus: præmiſſâ humili oratione ad DEUM & brevi ad circumſtantes peroratione;

loco-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

locoq́ue, & arcâ, in qua reconditæ ſunt, & inſcriptione exteriore, ſi quæ forſan ibidem extiterit, accenſis facibus, accuratè inſpectis atque luſtratis, examinatisq́ue, ſi opus fuerit, teſtibus, an & unde ſciant tali loco SS. Reliquias aſſervari, &c. amovebit operculum, & omnibus ſive ſcripturis, ſive aliis intra arcam exiſtentibus diligenter exploratis ac perſpectis, quæ Notarius in Protocollum illico referet, deſcendet ad ſingularum Reliquiarum ſuper mundiſſima Tabula enumerandarum recognitionem; explicatisq́ue per Anatomicos ſingulis partibus & proprio nomine ſuo compellatis, eas vel in priore theca, vel in alia, præmiſſâ ab Epiſcopo illâ novæ thecæ benedictione, quam Pontificale Romanum *De benedictione capſarum pro Reliquiis* exhibet, reverenter occludet omnia rurſum, ùt ſuprà, annotante Notario coram teſtibus rogato à Rectore Eccleſiæ, publicumq́ue de iiſdem inſtrumentum conficiente, interpoſita

Epi-

Epiſcopi Decreto: ita ut, juxta antiquam SS. Patrum traditionem, peractâ licèt accuratâ Reliquiarum recognitione, ea bis, térve recognoſci; & in ſecunda quidem cum Theologis & Canoniſtis agi de translatione futura, quodque nuper obſervatum, coram iisdem repeti: in Tertia verò, quod ſequitur, fieri debeat.

306. Præmiſſis ab aliquo tempore, poſt determinatum diem translationis, tum invitationibus vicinorum, ſi libuerit, Epiſcoporum, Prælatorum, Eccleſiaſticorum, & Regularium; tum litteris Paſtoralibus in idiomate vulgari ad univerſum gregem, quibus ad celebrandam cum devotione debita hanc ſolemnitatem magis inflammetur; nec non obtentis à S. ſede Apoſtolica pro majore fidelium ſolatio indulgentiis plenariis, pridie diei pro translatione ſolemni præfixæ, Epiſcopus cum Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, & Clero illius Eccleſiæ, in qua SS. Reliquiæ aſſervantur,

tur, horis diurnis, reſeratâ publicè ca-
psâ vel arcâ, Reliquias cum catalogo
nuper confecto collatas, & accuratè
cognitas, in Altari reponet: relictisque
interim ibidem certis Clericis tanquam
fidis SS. Reliquiarum Cuſtodibus, po-
meridiano tempore, celebratis juxta
Rubricas Romani Breviarii primis ve-
ſperis ſub ritu duplicis officii de feſto
Translationis, Epiſcopus vel alius ſacras
veſtes indutus, comitantibus miniſtris
& cœtu Clericorum, accenſis cereis,
poſt preces ſubmiſsâ voce effuſas, ado-
letumque SS. Reliquiis thus, eas cum
Hymno & Pſalmis ad Altare majus, vel
alium locum decentiſſimè paratum, pro
veneratione publica totius Populi de-
feret; cantatisque Antiphonis, verſibus
& orationibus ſanctorum, de quorum
reliquiis celebritas geritur, indè rece-
dens, Clerum Eccleſiæ, vel alias Per-
ſonas devotas, Clericali gradu inſignes
mutatis vicibus diu noctuque usque ad
Proceſſionem ſolemnem & SS. Reli-
qui-

quiarum occluſionem ibidem excubituras poſt ſe relinquet. Altero die manè horâ maximè congruâ miſſa ſolemnis ab Epiſcopo Pontificali ritu celebrabitur, inſerto poſt Evangelium brevi ſermone feſtivo; ſique Proceſſio manè inſtituenda ſit, eâ peractâ SS. Reliquiæ rurſum Altari impoſitæ, ad ſecundas usque Veſperas, pro publico fidelium cultu relinquentur expoſitæ; quibus poſt prandium pari cum ſolemnitate finitis, ſi Proceſſio manè non fuerit habita, mox inſtituetur, & poſt reditum ad Eccleſiam Epiſcopus, adſtantibus Canonicis & aliis, celebritati, poſt Hymnum Ambroſianum & ſolemnem Populi benedictionem, per SS. Reliquiarum reverentem occluſionem in ſanctuariis, Capſulis, ſeu thecis ad id diſpoſitis ac benedictis; adſcripto exteriùs ſingulis nomine ſancti vel ſanctorum, quorum Reliquiæ ibidem ſervantur reconditæ, & tempore depoſitionis, finem imponet: totâ hâc functione relatâ ab Epi-
ſcopi

ſcopi Notario inter acta in Epiſcopal Archivo, ad perpetuam Poſterorum me- moriam, aſſervanda: quorum recorda- tio ne apud plebem intereat, index Re- liquiarum in Tabella conſcriptus pr pe easdem publicè affigetur, cum An phonis, verſibus, ac precibus in lingu vulgari dicendis in honorem illoru Cœlitum, quorum Reliquiæ ibi aſſe vantur: ſique inſignes Reliquiæ fuerin annuatim eodem die, vel certâ Dom nicâ determinandâ ab Epiſcopo lo anniverſaria translationis feſtivitas ri duplici celebrabitur, & in oratione, u habetur *Natalitia*, dicetur *Translat* prout noviſſimè Celſitudo ſua ingra am meritiſſimorum Patrum Societa Collegii Herbipolenſis, ad eorunde inſtantiam, pro anniverſaria feſtiv te translationis S. Bonifacii Martyris ſignavit Dominicam ſequentem feſt S. Bonifacii Epiſcopi & Martyris, ſi quorum ſunt eadem nomina, etiam fe ſta non procul ſejungantur.

Curat

# Caput VII.

## De obligatione Regularium accedendi ad Synodos Diœceſanas.

307. *Dies annua celebrationis ſynodorum Diœceſanarum notandus in directoriis, vel publicandus in feſto Epiphania, aut per edictum.*
308. *Quinam eò teneantur accedere.*
309. *De apparatu Eccleſia & Altaris.*
310. *Habitus Epiſcopi & reliquorum, qui Synodo interſunt.*
311. *Ordo ſedendi.*
312. *De proceſſione.*
313. *Conſtitutio ſynodalium Examinatorum.*
314. *Iudices ſynodales: ubi de prohibita convocatione ſynodi Provincialis.*
315. *De Cathedratico remiſſivè.*
316. *De voto deciſivo eorum, qui interſunt ſynodo Diœceſana.*
317. *Statuta Synodalia.*
318. *Cautela, ſi quid his ſtatutis inſerendum, quod Regulares in materiis exemptis concernit.*

307. S C. Tridentinum *ſeſ. 24. Refor. c. 2.* renovatâ SS. Canonum &

veterum Conciliorum diſpoſitione, præ-
cipit Epiſcopis Diœceſanarum Syno-
dorum annuam celebrationem, ad quam
exempti etiam omnes, qui aliàs, ceſſan-
te exemptione, intereſſe deberent, n
Capitulis generalibus ſubduntur; a
qui parochialium, vel aliarum ſæcula-
um Eccleſiarum, etiam annexarum, c
ram gerunt, quicunque illi ſint, int
venire tenentur. Tempus Synodi
lebrandæ arbitrarium eſt Epiſcopo;
tamen plerumque eligitur, quo mi
impediti ſunt Parochi, & ob dier
longitudinem plus in una die, quàm
liàs fieri poteſt: utque Parochi ac a
ad eam acceſſuri tantò paratiores ve
ant, & omnia cum debita maturitate
rantur, Directoriis aut Calendariis
cujuslibet anni primordium Epiſcop
authoritate imprimi ſolitis dies p
quoque anno huic Conventui tam
ac neceſſario præfixus inſeri; aut in
Epiphaniæ juxta Cæremonialis Rom
ni præſcriptum inter miſſarum ſole-
mnia

mnia poſt Evangelium, dum feſtivitates anni ſolemniores populo denuntiantur; vel ſaltem per Edictum publicè affixum uno ad minimum menſe antè indici ſolet: quo in publicam omnium notitiam ita tempeſtivè deducto, Parochi, & alii, quibus ſpiritualis fidelium Diœceſanorum neceſſitas nota eſt, ea, quæ ad amplificandum DEI cultum, promovendamque totius gregis ſalutem idonea vel neceſſaria duxerint, ad Epiſcopum, aut Ejus Conſilium Eccleſiaſticum, tum abuſibus, tum remediis eorum expreſſis, ante termini lapſum transmittunt.

308. Ad Synodum I. tenentur accedere Canonici Eccleſiæ Cathedralis, & Collegiatarum. II. Abbates habentes capellas, vel Populum Epiſcopali juriſdictioni ſubjectum, ſive illi exempti ſint, ſive ſubjecti, citra ſpeciale privilegium poſt tempora S. Concilii Tridentini à S. ſede obtentum & in uſum deductum. III. Regulares aſſumpti ad Eccleſias Parochiales. IV. etiam Capel-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lani S. Joannis Hieroſolymitani, vel ordinis Teutonici, curam animarum exercentes. V. Item Rectores nullius *diœceſis*, ùt S. Congregatio cenſuit apud Fagnanum. VI. Superiores parvorum Conventuum, qui ad pr[illegible] riptum Conſtitutionis Innocentii X[illegible] penitus exæquati ſunt Clericis non-ex[illegible]nptis, etsi capellas, populumvé non habeant, & à lege Diœceſana ſaltem (quò Synodorum celebratio referri quibusdam videtur) exempti ſint, cùm fundamentũ neceſſitatis accedendi ad ſynodum c. *Exore*.17. ✠. *de privil.* ſubjectio reſpectu jurisdictionis Epiſcopalis [illegible]tatur; & ſynodus Diœceſana mixturam jurisdictionis habeat ob ſtatuta & a[illegible] reſpicientia utramque legem tum jurisdictionis, tum Dic[illegible]nam. Idque Alexander VII. co[illegible]. *Cùm ſicut accepimus* 30. *Martii* [illegible]661. in terminis declaravit. VII. Prælati ſæculares, qui non ſubjiciantur Capitulis Generalibus & nomine Presbyterorum comprehendan-

dantur. VIII. Parochi, & alii ſacerdotes curam animarum exercentes, licèt præſentati ſint per exemptos, IX. Beneficiati ſimplices X Etiam Prælati Regulares exempti, ſi adſit conſuetudo, ut vocentur ad ſynodum *c. fin* XVIII. q. 2. quæ conſuetudo cùm non exorbitet à diſpoſitione Juris communis, ſtante antiquâ nativâ jurisdictione generali Ordinarii loci in Regulares, tantò magìs foveri debet, ut Superiores Religioſos ſuos, Eccleſiaſticorum ad inſtar, aliis Sacramenta & Divina miniſtrantes inſtruere valeant, quomodo ſe gerere debeant in habendis concionibus, confeſſionibus audiendis, aliisque Divinis Populo miniſtrandis. XI. Multò magìs Prælati Regulares ſubjecti: Circa quos, & Canonicos, Beneficiatosque ſimplices, ac alios non habentes curam animarum, aliqui dubitant, ſeclusâ conſuetudine, an de Jure aliquo ſcripto intervenire teneantur? conveniunt tamen in eo, hos omnes indiſcriminatim te-

 neri,

neri, ſi Epiſcopus in Synodo non tantùm de cura animarum neceſſaria & ſtatu Parochiarum; ſed etiam de reformatione morum ac rebus diſciplinam concernentibus, publicandíſve Decretis ultimi Concilii Provincialis &c. tractare intendat: juxta declarationem Abbatis Panormitani ad c. *Quod ſuper his. 9. notabili. 1.* X. *de major: & obed.* XII, arbitrarium eſt Prælatis, ut perſonaliter, vel per idoneos Procuratores compareant, ſi eodem tempore celebretur ſingulare Capitulum; vel Eccleſiæ, cui imminet cura animarum, deſerviant per Vicarios Eccleſiaſticos, quos ſaltem mittere tenentur.

309. Quia porrò, ultra Catalogum vocandorum, plura neceſſaria ſunt ad actionem ſynodalem, ùt Apparatus Eccleſiæ in qua congregandi ſunt; Habitus vocatorum, & ordo ſedendi; Proceſſiones; Delectus Examinatorum aliorumque in Synodo approbandorum: ſciendum eſt *Primò* Eccleſiam ordinandam eſſe

eſſe ritu feſtivo, ſicque paranda ſedilia in media navi Eccleſiæ, ut Sedes Epiſcopi cæteris altior ſit, & tres ad minimum gradus habeat violaceo tapete contectos; nec procul abſit menſa ejusdem coloris panno obducta, pro Reliquiis, ſcrutinio &c. aliis verò ſedilibus ſchedulæ cujuslibet locum majoribus litteris exprimentes affigantur, ordine ſervato ſecundùm gradus ſingulorum. Quantum ad Altare majus & paramenta, omnia erunt coloris rubri, nisì miſſa ſolemnis aliud exigat, quo caſu color celebrantis & miniſtrorum miſſæ duntaxat talis erit, qualem miſſa requiret.

310. *Secundò* Habitus Epiſcopi in miſſa ſynodali Pontificalis & rubei coloris erit, qui ſi ſolemniter celebraverit, omnia paramenta Pontificalia, pallio ſolùm excepto, ſi ejusdem uſus illi aliàs, prout Epiſcopo Bambergenſi, ex privilegio competat, aſſumet: at ſi tantùm adſtiterit, tum in miſſa, tum in ſynodalibus actionibus, utetur amictu,

albâ, Cingulo, ſtolâ, pluviali, mitrâ pre-
tiosâ, & Baculo, quem vel geſtabit, vel
geſtari faciet: ſique uſum Crucis, Ar-
chiepiſcoporum inſtar, ùt itidem Bam-
bergenſis, habeat, Clericus, qui Crucem
geſtabit in Synodo, ſemper Crucifixi
imaginem ad Epiſcopum præſentem
convertet. Dignitates & Canonici Ec-
cleſiæ Cathedralis parati ſimiliter ad-
erunt, Dignitates cum pluvialibus; Pres-
byteri cum Planetis; Diaconi cum Dal-
maticis &c. Abbatibus Regularibus
exemptis c. *ut Apoſtolica*. 6. *De privil.*
*in* 6. uſus mitrarum auriphrygiatarum
procul tamen aureis vel argenteis lami-
nis, in hoc conſeſſu indultus eſt: non
exempti verò, ſimplicibus albis & planetis;
utuntur neutri baculis. Collegiatæ non
mutant habitũ in choro conſuetũ; ſimul
nec Prælati Religionũ jure mitræ gerendæ
deſtituti: niſi fortè Collegiatarum Præ-
fectis in Proceſſione concedatur uſus
Pluvialis. Rectores parochiarum ſuam
cottam, ſeu ſuperpelliceum, ſtolam de-
ferre

ferre ſolent. Reliqui Clerici & Beneficiati ſuperpelliceo tantùm & togâ talari utuntur.

311. *Tertiò*. Ordo ſedendi eſt talis, ut *Epiſcopus* in eminentiore throno ſub Baldachino conſideat, ſtipatus à dextris à Capitulo Cathedrali: cujus Canonicis, tanquam Eccleſiam Cathedralem collegialiter repræſentantibus, ideoque meritò cuique alii Epiſcopis inferiori prælatis, Abbates à latere ſiniſtro, ante reliquos tamen omnes, collocantur. Collegiatarum verò Canonici ſedebunt hincindè, totum Collegium primum à dextris Epiſcopi, totum ſecundum ab Ejusdem ſiniſtris; Parochi à tergo collegiatarum; reliqui à tergo Parochorum: Superioribus Regularibus jure mitræ non gaudentibus, in media navi ante faciem Epiſcopi conſtitutis: niſi locorum uſus aliud ferat, cui præſtat in hiſce deferri.

212. *Quartò* circa proceſſiones, decretis Eccleſiâ, ad quam, & viâ per

quam eundum eſt, præfertur unà tan-
tùm crux Cathedralis Eccleſiæ, quam
ſequuntur Regulares, & Clerici eo or-
dine, ut præcellentiores ſint propiores
Epiſcopo locum ultimum obtinenti,
poſt quem deinde Confraternitates, a-
liique laici fideles incedunt.

313. *Quintò* S. C. Tridentinum ſeſſ.
24. *refor. c.* 18. ſaluberrimè ſtatuit, ſex
ad minus Examinatores Clericorum ad
regendas parochiales Eccleſias depu-
tandorum, in Diœceſana ſynodo annua-
tim ab Epiſcopo, vel Ejus Vicario pro-
ponendos eſſe, qui ſynodo ſatisfaciant,
& ab ea probentur, ſintque idonei ſive
Clerici, ſeu Regulares, etiam ex ordine
mendicantium, ac jurent ad ſancta Dei
Evangelia, ſe, quâcunque humanâ af-
fectione poſtpoſitâ, fideliter munus exe-
cuturos; caveantque ne quidquam pro-
ſus, occaſione hujus examinis, nec an-
tè, nec pòſt accipiant &c. & de his o-
mnibus non ſolùm coram DEO; ſed e-
tiam in ſynodo Provinciali, ſi opus erit,
ratio-

rationem reddere tenear  , in qua, ſi quid contra officium eos feciſſe compertum fuerit, graviter illius arbitrio puniri poſſint. Quod tamen non extenditur ad alios examinatores ordinandorum, vel approbandorum ad audiendas confeſſiones, quos Epiſcopus etiam extra Synodum pro libitu eligere poteſt.

314. *Sextò*, quantum ad Judices ſynodales, de quibus in Provinciali aut Diœceſana Synodo deputandis pro commiſſionibus Apoſtolicis cauſarum in gradu appellationis agitur in S. C. Trid. *ſeſ.* 25. *Refor. c.* 10. Res hæc vix unquam Religioſos ab ejusmodi Commiſſionibus plerumque immunes concernit; & ob raram hodie convocationem Synodorum, non minùs quàm annua deputatio Examinatorum Synodalium, ab uſu receſſit. Imò, ſi de provincialibus ſynodis quæritur, earum convocatio, inconſultâ S. Congregatione Concilii, nuper prohibita, &

Cardinali cuidam anno 1676. ſpecialiter inſtanti pro ſuo Archiepiſcopatu in Gallia, abſolutè negata fuit.

315. De Cathedratico, ſeu, ùt alii vocant, ſynodatico infrà *n.* 343. videbitur, eo hìc ſolùm expreſſo, ſi forſan id universim in ſynodo quadam remittat Epiſcopus, gratuitam ejusmodi condonationem in Decreto memorandam eſſe, ne quando in præjudicium Cathedræ Epiſcopalis trahatur.

316. Præterea diſquirendum eſt hoc loco, *num ſaltem Eccleſiæ Cathedralis Canonici, & Abbates Regulares votum deciſivum in hiſce ſynodis habeant?* & reſpondetur negativè, prout 13. *Januarii* 1594 deciſum fuit apud Barboſam in collectaneis ad *h. l. n.* 29. Præmittendæ ſunt tamen ante Synodum variæ Congregationes coram Epiſcopo, in quibus cum Theologis & Canoniſtis, tum Eccleſiaſticis, tum Regularibus per aliquot dies agetur de materia Decretorum Synodi juxta totius diœceſis neceſſitatem,

quæ

quæ ſi debitè præparata, & ordine congruo diſpoſita fuerit, invocandum etiam erit coram Epiſcopo Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, ut ſingula Decreta de Canonicorum Conſilio, non autem de conſenſu, ſtabiliantur.

317. Statuta Synodalia, cùm ab univerſa Diœceſi fieri dicantur, non deſinunt obligare poſt Epiſcopi ceſſum, vel deceſſum: nec ſolùm Diœceſanos omni jure ſubjectos; ſed etiam in iis, quæ administrationem Sacramentorum, vel aliud quid, in quo Regulares Epiſcopis ſubjiciuntur, reſpiciunt, ipſosmet Regulares, etiam exemptos obſtringunt: dummodo non obvient Juri communi, nec privilegiis, contra aut præter jus, à S. ſede rationabiliter conceſſis, atque in uſum deductis. Quapropter cùm in Diœceſana Synodo Cracovienſis Epiſcopus decreviſſet, ut quicunque Prælati Monachorum indiſtinctè coram Epiſcopo; Regulares verò mendicantium ordinum, ratione rei, contractûs,

aut delicti, coram eodem convenirentur: Paulus V. die 9. *Julii* 1618. ad Nuntium Apoſtolicum tunc in Polonia commoratum, prætenſionem Epiſcopi Cracovienſis nequaquam ſubſiſtere, reſcribi mandavit.

318. Hoc denique monendum occurrit, ſi quid inſerendum videatur hiſce ſtatutis, quod ipſas Regularium exemptiones & jura Epiſcopo non ſubjecta concernit, utendum non eſſe vocabulo *ſtatuendi*; ſed ſolummodo ponendum E. G. *Intelligant Regulares ſe teneri ex ſanctionibus Canonicis &c.* ne videatur ab Epiſcopo quoad talia extra forum ſuum pro Regularibus exemptis jus novum induci.

Caput

## Caput VIII.

# De Decimis, Primitiis, ſubſidio Charitativo, Evlogiis, cathedratico, & quota funerali.

319. *Quid ſint Decimæ, & quo Iure introductæ?*

320. *Diviſio Decimarum.*

321. *Decimæ reales & mixtæ ſolvendæ absque deductione.*

322. *Quibus Eccleſiis debeantur ſingulæ Decimæ?*

323. *Obligatio ad Decimas; & earum Iudex, maximè ſi ſint Laicales.*

324. *Æqualis olim obligatio Monachorum ac cæterorum Laicorum.*

325. *Decreta Gregorii VII. & Paſchalis II.*

326. *De ſtatu Decimarum tempore Hadriani IV. ubi ſpecialiter de ordine Ciſtercienſi*

327. *De ſexto & ſeptimo tempore ſub Alexandro III. & Innocentio III. celebriq; Concilio Lateranenſi.*

328. *De privilegiis poſt Concilium Lateranenſe.*

329. *In materia Decimarum contra Regulares adhibendus eſt rigor in favorem Parochiarum & Eccleſiaſticorum.*

330.

330. *De Novalibus.*
331. *Tenor privilegiorum Regularibus co-*
*ceſſorum probè inſpiciendus.*
332. *Pœnæ Canonicæ adversùs Religioſos de-*
*fraudantes, impugnantes, aut concina-*
*tes contra Decimarum ſolutionem.*
353. *Quâ ratione hæc materia Decimalis con-*
*cernat Epiſcopos?*
534. *Primitiæ & vetus earum uſus.*
335 *Primitiæ ter ſolutæ per annum apud He-*
*bræos. Vbi de Primitiis Pentecoſtes Chri-*
*ſtianæ.*
336. *Primitiarum uſus olim ab Eccleſia pr-*
*ceptus, hodie deſiiſſe videtur: ubi de oblig-*
*tione Decimatorum tum ſæcularium, tum*
*aliorum.*
337. *Obligatio ad ſolvendum Epiſcopo ſub-*
*dium Charitativum.*
338. *De justa cauſa, & tribus requiſitis a*
*exigendum ſubſidium Charitativum.*
339. *De Quantitate ſubſidii Charitativi.*
340. *Obligatio Regularium ad pendendum E-*
*piſcopis ſubſidium Charitativum.*
341 *De Evlogiis.*
342. *Cathedraticum pro honore Cathedræ,*
*ob beneficium Conſecrationis, ſolvendum.*
343. *Synodaticum pendendum in Synodis Di-*
*œceſanis.*

344.

*344. De inthroniſtico, inſinuativis, & epulis æditialibus ſublatis.*
*345. Definitio Quotæ funeralis.*
*346. Tres claſſes privilegiorum circa ſolutionem Quotæ funeralis.*

319. DEcimæ definiri poſſunt ex c. *Ex Transmiſſæ. 23.* ✕. *de Decimis.* Decima pars bonorum mobilium licitè acquiſitorum, Eccleſiæ miniſtris eroganda: & quatenus hæ materialiter ac ſecundùm ſubſtantiam ſpectantur, videlicet ùt neceſſarium ſtipendium miniſtrorum Eccleſiæ, ſive ùt *Decima ſuſtentationis*, deſcendunt à Jure naturali ac Divino *Matt. 10. v. 40. & 1. Cor. 9.* Formaliter autẽ & ſecundùm determinationẽ aliquotam in novo Teſtam. proveniunt ex Eccleſiaſtica lege tantùm, ad imitationem ac ſimilitudinem veteris Legis Divinæ; remanente ratione obligationis, ut inſervientes Altari de oblatis nutriantur. Ubi vides, Decimarum ſolutionem partim ad Juſtitiam pertinere, partim ad Religionem: ad hanc quidem,

qua-

quatenus indè aluntur miniſtri, à qui-
bus defertur cultus publicus DEO,
quem exhibere non poſſent, ſi deſti-
erentur neceſſariâ ſuſtentatione; al-
lam verò, quatenus directè pendu-
miniſtris ob ſuſceptam in ſe obligatio-
nem miniſtrandi populo Sacramenta,
ſupplendi pro eodem, quos juſtum
ali viciſſim per Decimarum exhibitio-
nem, vel alios modos de conſuetudi-
aut Jure præſcriptos 1. *Corin. 9. v. 7.*
ſeqq.

320. Decimæ dividuntur in perſona-
les, reales, & mixtas: ſicut enim fructu-
um alii ſunt perſonales ſive induſtriales,
alii naturales ſive prædiales; alii mi-
qui ſinè prædiis & hominum induſtria
percipi nequeunt per ea, quæ trad-
DD. ad *Librum* VII. *Pandectarum*
planè Decimarum aliæ ſunt *perſonal-*
quæ ex lucro, quod quis ex induſtria
vel artificio facit E. G. ex militia, ne-
gotiatione, venatione, conductione
ſtorum vectigalium &c. c. *Paſtoral-*
28.

28. ✕. *De Decim.* aliæ *prædiales*, quæ ex fructibus, oleribus, fœno &c. c. *Non eſt.* 22. ✕. *h.t.* aliæ denique *mixtæ*, quæ ex paſtu animalium E. G. fœtibus, lacte, Agnis, lana &c. c. *omnes.* 5. XVI. q. 7. ſolvuntur. Quæ tria Decimarum genera Jure exigi, & pendi debent: reales quidem & mixtæ ubique; perſonales in Gallia conſtitutione Philippi Pulchri ſublatæ ſunt, aliisque in locis in deſuetudinem abierunt: quò reflexiſſe videtur Innocentius III. eos Mercatores ad Decimarum ſolutionem compellens, qui ex conſuetudine ſolviſſe tunc inveniebantur.

331. Circa Decimas c. *Tua nos.* 26. ✕. *h.t.* ponuntur tres Regulæ: I. eas ob favorem piæ cauſæ ſolvendas eſſe absque deductione ſeminis & expenſarum, quæ percipiendorum fructuum causâ fiunt, ne DEUS rerum Dominus, cui Decimæ penduntur, deterioris conditionis ſit, quàm Dominus temporalis, cui cenſus & collectæ ſinè hujusmodi

dedu-

deductione aut ſeminis ſeparatio[illegible] præſtantur: maximè cum Decimarum perſolutio nunquam ſinè magno ſ[illegible] ventium commodo facta fuerit, teſte Auguſtino relato c. *Decimæ*. 66. XVI. q. 1. & c. *Majores* 8. XVI. q. 7. atque proverbium abierit, qui DEO decimam non dederit, eum ad decimam vocatum iri. Exceptis tantummodo Decimis perſonalibus E. G. de negotiatione c. *Paſtoralis*. 28. X. *h. t.* q[illegible] cùm ex lucro præſtentur, quod dici non poteſt nisì deductis expenſis, Eccleſia meritò ad fructus civiliter acceptos reſpexit.

322. II. Decimæ *perſonales* debentur non Capellis, vel Oratoriis; ſed Eccleſiæ Parochiali pro onere adminiſtrandi Parochianis Eccleſiaſtica Sacramenta. c. *Queſti ſunt*. 46. XVI. q. [illegible] c. *Ad Apoſtolicæ*. 20. X. *h. t.* Quo[illegible] *prædiales*, contraria conſuetudine rationabili ſecluſâ, cui meritò deferendum eſſet, eæ debentur Parochiæ, ſub qua præ-

prædia ſita ſunt c. *fin* X. *de Paroch.* ex inſtitutione Eccleſiæ, quæ cuique Parochiæ aſſignavit Decimas prædiorum ibi ſitorum, etiam à Judæis c. *de terris* 16. X. *h. t.* ob inhærentem ipſiſmet prædiis Decimarum obligationem. *Mixta*, utpote partim reales, partim perſonales, inter Parochum Domicilii, & eum, in cujus diſtrictu ſunt paſcua, partiendæ videntur: gloſſa tamen in cit. c. *Ad Apoſtolica* 20. V. Perſonales. X. *h. t.* eas prædialium jure cenſendas affirmat, ut, ſi paſcantur pluribus in locis, ſingulis pro rata temporis decimæ debeantur.

323. III. Laicos teneri præſtare Decimas tum reales, tum perſonales, appellatione remotâ: in quibus illico poſt perceptionem aut ſtati temporis lapſum pendendis ſi tardi vel obſtreperi fuerint, Decimatoribus actio in illorum perſonas, vel requiſitio officii Judicis Eccleſiaſtici competit, niſi agatur de quæſtionibus decimarum Laicalium, quæ titulo temporali, & non ſpirituali poſſi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſſidentur, quo caſu ſeu diſceptetur
petitorio, ſeu de poſſeſſorio, Adrian
& Laymannus de *Germanis*; Rebuf-
fus de *Hiſpanis & Gallis*; Borellus
*Neapolitanis*.; Menochius de *Vene*
Theſaurus de *Sabaudis*; aliíque de
liis nationibus, & Covarruvias, Steph
nus Gratianus, Navarrus, Cævallos &
univerſim teſtantur, cognitionem p
tinere communiter ad Judicem ſæcu
rem, etiam privativè ad Eccleſiaſtic
cùm tunc non agatur de ſpirituali J
decimandi; ſed de facultate percip
di fructus contentos ſub nomine *De*
*marum*, ùt pulchrè S. Thomas adve

324. Quæritur: *Quid de Relig*
*quoad activam Decimarum ſolutio*
*dicendum ſit?* ℞. eos teneri de J
communi, & in hoc onere ferendo La
cis accenſeri: diverſis tamen tempo
bus diverſa his vel illis modò conceſ
modò adempta fuiſſe. Nam *primo tem-*
*pore*, cùm laicorum adinſtar à Sacerdo-
tibus ſpirituali cibo ſalvifici Corporis &

Ver-

Verbi DEI paſcerentur, non aliter ac cæteri laici ad Decimas & oblationes præſtandas obſtricti fuerunt, c. *Eccleſiæ* 43. *& ſeqq.* XVI. *q.* I. tum ex iis quæ aliorum munificentiâ monaſteriis donata fuerant; tum quæ opere manuum obtinuerant: cujusmodi oblationes etiam ab Anachoretis factas fuiſſe celeber Palladii locus ex vita Nathaëlis confirmat.

325. *Secundum* tempus fuit S. Gregorii VII. relati c. *Decimas.* 47. XVI. q. I. quo Religioſi ab onere pendendi Decimas de ſuis prædiis generaliter liberati fuerunt circa Annum 1075. quod cùm damnoſum eſſet Eccleſiis Parochialibus: *Tertiò* Paſchalis II. cit. c. *Decimas.* 47. decrevit, de Religioſorum vel Clericorum communiter viventium laboribus ſeu nutrimentis propriis nihil eſſe extorquendum: quâ ratione conſulebatur tum Religioſis Sacerdotibus, qui Divinis ac contemplationi vacabant; tum monachis laicis, qui, ne deſidiæ ac tur-

pi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pi otio locum facerent, manibus ſuis prædia excolendo victum quærebant & hoc quidem absque gravi Parochorum incommodo, cùm rara tunc eſſent monaſteria, Religioſique non poſſent multa prædia propriis manibus colere, V... rùm cùm modicæ hæ immunitates, ... creſcente dietim Religionum & Conventuum numero, longas radices ag... rent:

326. *Quartò* Hadrianus IV. rel... *c. Ex parte.* 10. X. *h.t.* circa A. C. ... ſolis fratribus Ciſtercienſis ordi... Templariis, & Hoſpitalariis Deci... laborum ſuorum, quos propriis ma... bus vel ſumptibus colunt, indulſit: c... teris verò tantùm, ut de novalibus ſ... quæ propriis manibus vel ſumptibus ... colunt; & de nutrimentis animali... ſuorum, & de hortis ſuis Decimas n... perſolvant: Cumque Ciſtercienſes i... immenſum excreſcerent, & pluribus ... tifundiis ditarentur à fidelibus, quo... Decimæ hoc pacto Eccleſiis ſubtr...

dan...

bantur, paulò ante Generale Concilium Lateranenſe in Ciſterciensis ordinis Capitulo generali prohibitum fuit, ne Religioſi hujus Ordinis, niſì fortaſſe pro Monaſteriis de novo fundandis, prædia deinceps coëmerent: imò ab Alexandro III. c. *Recolentes.* 3. X. *de ſtatu Mona.* graviter iisdem legimus exprobratum, quòd, etſi non omnibus, neque in omnibus; à plerisque tamen & in pluribus à Sancta ipſorum inſtitutione declinatum fuerit in tantum, ut aliqui ex iisdem contra ordinis ſui regulam, villas, Eccleſias, & Altaria poſſederint, fidelitates & hominia ſuſceperint, juſtitiarias & tributarias tenuerint &c. quibus proinde ſignificavit, juſtum eſſe, ſi conſtitutis in prima fundatione terminis contenti non ſint, ut, qui ſimilem cum aliis vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam &c. Quod univerſim Richardus Cantuarienſis Archiepiſcopus apud Petrum Bleſenſem paulò ſeveriùs exagi-

sat, inquiens: *Si Dominus Papa in-*
*gentiâ ſpeciali privilegiavit vos, cù*
*Ordo veſter in paupertate gaudeba-*
*tuit tolerari ad tempus: licèt in com-*
*nem redundaret injuriam, quod*
*neceſſitatis fuerat introductum.*
*autem quando veſtræ poſſeſſiones m-*
*plicatæ ſunt, etiam in immenſum,*
*legia hæc potiùs ambitionis, quàm R-*
*onis inſtrumenta cenſentur.*

327. *Quintum* tempus eſt Al-
dri III. qui quidem initiô irreligi-
duxerat, in epiſtola ad Archiepiſ-
Eboracenſem perſcripta, non
quoad immunitatem Religioſo-
Decimis, privilegia quondam conc-
ſed attentis quotidianis Convent-
atque proventuum incrementis,
ut Decimas ſolverent de agris co-
ctis. *Sexto* tempore Innocentius
in generali Concilio Lateranenſi,
abſolutè decrevit, ob enorme diſp-
um Eccleſiis Parochialibus ex mult-
dine poſſeſſionum obortum, dep-
con

conductis, & deincepsacquirendis,etſi ea propriis manibus ac ſumptibus excoluerint, Decimas ab iis eſſe præſtandas Eccleſiis, ſeu parochiales, ſeu aliæ fuerint, juxta expoſitionem Rotæ *deciſ.* 193. *p.* 7. *Recen.* quibus ratione prædiorum antè ſolvebantur: niſì cum ipſis Eccleſiis aliter duxerint componendum: quæ compoſitio non eſt perſonalis tantùm, cùm firmetur authoritate Juris; ſed realis nomine Eccleſiæ facta, etiam afficiens Succeſſores. V. DD ad c. *Nuper.* 34. ✗. *de decimis.* ubi cùm Religioſi ſe fundantes in tempore probare debeant poſſeſſionem ante dictum Concilium habitam, facilè conſtabit de acquiſitione ex Data Inſtrumenti acquiſitionis collata cum tempore Concilii, quod in Baſilica Lateranenſi Romæ celebratum fuit A. C. 1215. His paulò fuſiùs prænotatis,

328. *Dubium* oritur, de *ultimo* poſt memoratum Lateranenſe Concilium tempore, *an valeat privilegium exem-*

*ptionis* [illegible] *tione Decimarum prædia-*
*lium noviter impetratum?* ad quod e,
hæſitandum non eſſe ſuper validitate
privilegii Apoſtolici, ſi de mente S. Pon-
tificis conſtet, quæ ſemper abeſſe præ-
ſumitur, quoties privilegio non eſt in-
ſerta clauſula expreſsè derogatoria di-
ctæ Conſtitutionis Conciliaris, juxta
Regulam generalem, Decreta Conciliorum
orum generalium egere ſpeciali menti-
one explicitâ, vel ta[illegible]plicitâ, quæ ex-
plicitæ æquipolleat c. *Ex parte* 3. X.
*de Capel. Monachor.* nec obſtat, quod
hæc conſtitutio non fuerit immediatè
à Concilio, ſed ab Innocentio III. in
eodem Concilio edita: quia nihilomi-
nùs quoad effectum neceſſariæ dero-
gationis expreſsæ venit nomine Decre-
ti Conciliaris, ùt optimè Rota non ſe-
mel reſolvit. Quam ob rem etiam
noviſſimè Gregorius XIII. privilegio
exemptionis à ſolutione Decimarum
prædialium Religioſis Societatis JESU
conceſſo ſpecificam derogationem ad

*c, ſuper*

c. *Nuper.* inſeruit: de quo vide plura apud Rotam *cit. decis. 193. n. 5. p. 7. Recen.*

329. Obſervanda eſt inſuper hoc loco Magiſtralis diſtinctio Abbatis ad ſæpecitatum c. *Nuper.* 34. ✕. *de Decim. n. 3. & 4.* inter laicos, & Eccleſiaſticos vel Eccleſias: ubi enim agitur de præſcriptione Laicorum quoad jus decimandi activum, tunc rigorosè procedi ſolet ob eorum incapacitatem obtinendi jura ſpiritualia, adeoque ob reſiſtentiam Juris poſitivam: at ubi de Clericis & perſonis Eccleſiaſticis, non proprio ac privato, ſed Eccleſiæ nomine hanc præſcriptionem deducentibus ſermo eſt, favor omnino pro talibus militat, quia Decimæ, de Jure Divino, DEO & Eccleſiæ in univerſum debentur, ſicque jus non ita, ùt in primis, reſiſtit. Hinc cùm Monachi quondam eſſent Laici tantùm, & ſæcularium adinſtar Decimas ſolverent: ab aliquo tempore Rota & Curia Romana, teſte

Joanne Baptiſtâ de Luca, contra Regu-
lares exemptos adhibere conſuevit ri-
gorem, in favorem Parochorum & Ec-
cleſiaſticorum: quia nimirum, cùm o-
lim illi in ſtatu paupertatis numeróque
modico vixerint, facilè à Parochis &
Eccleſiaſticis per ſpeciem eleemoſynæ
diſſimulata fuit exactio Decimarum;
quæ eadem ratio S. Sedem Apoſtoli-
cam impulit ad privilegia quædam ea-
dem tantò liberiùs concedenda. Sed
poſtquam tractu temporis prædicti Re-
gulares ex piis diſpoſitionibus, aut e-
tiam contractibus correſpectivis pluri-
mùm ditati, & prædia à ſæcularibus ſo-
lutioni Decimarum obnoxiis nacti fu-
êre: memorata æquitas ſive commi-
ratio reſoluta fuit in gravem juris paro-
chialis læſionem c. *ſuggeſtum* 9. X. *de*
quapropter conceſſio hæc exemptionis
à Decimis, ex quo ob poſitivum & vo-
luntarium factum eorum, qui eam obti-
nuerunt, E. G. ob novam acquiſitio-
nem bonorum aliàs decimabilium, [illegible]

rium nocere altis incipit, caſſanda eſt illico; vel ad juſtitiam & æqualitatem reducenda.

330. Secùs eſt de Novalibus, quæ cùm non niſi magnô labore ac ſumptu ad cultum redigi ſoleant, & priùs bona planè ſterilia adeoque Decimationi nequaquam obnoxia fuerint, non extante memoriâ, quòd talis ager aliquando cultus fuiſſet c. *Quid per novale.* 21. ✠. de V. S, æquitatis ratio poſtulat, ut de illis, quæ propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, ſi Paræcialis Eccleſia nullos indè priùs ab immemoriali tempore proventus perceperit, decimas non perſolvant: manentibus quoad hoc, etiam poſt Concilium Lateranenſe, privilegiis Adriani IV, & Alexandri III. in ſuo vigore.

331. Quantum autem hodie Religioſis per Apoſtolica privilegia, poſt ſæpe memoratum Lateranenſe Concilium, competat, ex inſpectione tenoris eorundem videndum ac probè conſide-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

randum eſt, an privilegium directè à per ſe concipiatur in res, quo caſu etiam ad Colonos extenditur; an verò in perſonas, vel ipſam Religioſorum communitatem tantùm, adeò ut perſonale tantùm ſit, nec ad colonos tranſeat juxta naturam privilegii perſonalis.

332. Religioſi quicunque, qui Novalium, aut alias Decimas Eccleſiis debitas ad eos ex aliqua cauſa legitima non ſpectantes appropriare ſibi præſumpſerint, aut exquiſitis fraudibus ſive coloribus uſurpare: ſeu qui de animalibus familiarium, & paſtorum ſuorum, vel aliorum etiam animalia ipſa eorum gregibus immiſcentium; ſeu qui de animalibus, quæ in fraudem Eccleſiarum in pluribus locis emunt, emptaque tradunt venditoribus vel aliis ab ipſis tenenda; ſeu qui de terris, quas tradunt aliis excolendas, decimam ſolvi Eccleſiis non permiſerint, aut prohibuerint: niſi, poſt requiſitionem per eos, quorum intererit ſuper hoc, eis factam, à præmiſſis de-

ſtite-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtiterint intra menſem; aut ſi de iis, quæ contra præmiſſa uſurpare vel retinere præſumpſerint, intra duos menſes damnificatis Eccleſiis emendam non fecerint competentem: ſint & tamdiu maneant ab officiis, adminiſtrationibus, & beneficiis ſuis ſuſpenſi, donec deſtiterint, & ſatisfecerint, ùt ſuperiùs eſt expreſſum. Quòd ſi Religioſi hujusmodi adminiſtrationes, vel beneficia non habeant, eo caſu, quo alii ſupradicti ſuſpenſiones, ipſi ſententiam excommunicationis incurrunt, ante ſatisfactionem condignam nullatenus abſolvendi: privilegiis non obſtantibus quibuscunque. Clem. *Religioſi*. 1. h. t. cui conſonat S. C. Tridentinum *ſeſ. 25. refor. c.* 12. ibi: ***Qui verò eas aut ſubtrahunt, aut impediunt, excommunicentur; nec ab hoc crimine, niſi plenâ reſtitutione ſecutâ, abſolvantur.*** Quod Clem. *Cupientes. de pœn.* maximè verum eſt de Religioſis, in ſermonibus ſuis ad populum, vel alibi, per verba retrahere co-

nantibus à ſuo debito homines ad ſolu-
tionem decimarum obligatos.

333. *Quæres*: quâ ratione hæc mate-
Decimalis concernat Epiſcopos? Re-
ob certam portionem decimarum, alio-
rumq; parochialium emolumento-
Epiſcopis à parochis debitam, quæ vo-
catur *portio Canonica*, ſeu *Epiſcopa-*
& vulgò dicitur *Quarta*, eò quòd p-
rumque ſoleat eſſe quarta pars, c. cu-
*querente*. 16. X. *de off. ordi*. c. *quoniam*
13. X. *h. t.* quamvìs non ex præciſa ne-
ceſſitate, cùm alicubi eam majorem, a-
bi verò quandoque minorem eſſe co-
tingat. Hæc cùm, deficiente Decima-
rum Parochialium quanto, juxta pro-
portionem ſimiliter diminuatur; & pr-
tereà Epiſcopis quorumcunque jurium
ad ſe vel ſuos quomodolibet pertine-
tium cuſtodia fidelis injuncta ſit: m-
rum non eſt, quòd accuratè in hac m-
teria tot violationibus, coloribus,
controverſiis obnoxia invigilent: ac
ut Adamus Epiſcopus Scotus ob De-

mas à Cathaneſiis exactas, & S. Bellinus Patavienſis Epiſcopus ob Thomam Capivaccium excommunicationi propter decimas pertinaciter Eccleſiæ ſubtractas ſuppoſitum, mortem oppetierint: dummodo nimia diligentia nec eos, nec Parochos Divinæ reprehenſionis Judaicorum ſacerdotum reddat participes, de quibus S. Cyrillus ad Populum Judaicum, DEI nomine, *Popule mi, expilatores tui quaſi racemant te:* dictum fuiſſe obſervat.

§. *II. De Primitiis.*

334. *Primitiæ*, ſive, ùt Verrius Flaccus à Præmetendo legit, *Præmetia* ſunt partes fructuum jam collectorum, quæ primùm tolluntur, & Deo offeruntur: de quibus *can. Apoſt*. 3. & 4. legimus, quòd ab ipſo Eccleſiæ exordio primitiæ novarum frugum atque recentium uvarum Epiſcopo & Presbyteris oblatæ fuerint; extatque ſolemnis oratio ab Epiſcopo fieri ſolita pro primitiis oblatis apud Clementem Romanum. Quem

Primitiarum uſum ut vel Chriſtianis ri-
diculum, vel in Paganis laudabilem fa-
ceret Julianus Apoſtata, Arſacio Gala-
tiæ Pontifici præcepit apud Sozome-
num, ut doceret pagos Gentilium, e
fructibus offerri Diis Primitias:
quamvìs negari non poſſit, jam pri-
dem apud Romanos, tum apud Græcos,
earundem uſum extitiſſe; feſtumque
iis habitum, ab illis *Ambarvalia* nun-
cupatum fuiſſe.

335. Apud Hebræos, Primitiæ ter
ſolvebantur in anno, nimirum in Pa-
ſchate, de novis ſpicis; in Pentecoſte,
de novis panibus; in feſto Tabernacu-
lorum, menſe Septembri, de novis fru-
ctibus, ùt ex *Deuter.* & *Levit.* Docto-
res obſervant: ex quibus etiam Demo-
chares notat, oblationem Pentecoſta-
lem Panis è novo tritico confecti fuiſ-
ſe typum incruenti ſacrificii ab Apoſtolis
in Chriſtiana Pentecoſte primùm obla-
ti, aſſentiente S. Irenæo, qui beatiſſimi
Primitias noſtras in Euchariſtia offerri

DEO

DEO contendit. Quapropter S. Doctor Angelicus, qui juſſu Urbani IV. officium & Miſſam Sanctiſſimi Altaris Sacramenti mirabili pietate compoſuit, in *lectione quinta*, quæ feriâ ſextâ infra octavam Corporis Chriſti dicitur, egregiè memorat, hoc feſtũ primâ quintâ feriâ poſt octavam Pentecoſtes à cunctis Fidelibus celebrari. Sed ut ad Primitias Judæorum redeamus, Earum quantitas licèt in lege Moyſis definita non fuerit, Traditio tamen fuit arbitrio Magiſtrorum inolita, ut non eſſet minor ſexageſimâ fructuum, nec major Quadrageſimâ c. *Decimam. 1.* ✠ *. de Decim. & primit.*

336. Primitiarum oblationem Eccleſia approbavit; imò præcepit c. *Revertimini.* 65. XVI. q. 1. dicente jam dudum Origene *hom.* 11. *in lib. Numer.* non videri hujusmodi hominem habere memoriam DEI, qui non offert primitias Sacerdotibus, adeò ut, ſicubi Primitiæ adhuc receptæ ſint, Religioſi non minùs,

nùs, quàm Laici, ad earum præſtatio-
nem obſtringantur, niſi privilegio ſpe-
ciali ſe præmunitos oſtendant: pleri-
que tamen in locis illarum oblatio in
deſuetudinem abiit; nec quicquam ob-
ſtitit, quò minùs, cùm principaliter con-
ſtituta fuerit Eccleſiaſtico ſolùm Jure
ob congruam ſuſtentationem miniſtro-
rum Eccleſiæ, ſi his aliunde proviſum
ſit, prædicta oblatio ab uſu recederet.
Quòd ſi verò Parochis & aliis Eccleſiæ
miniſtris aliunde proviſum non ſit, re-
ſurgit prima obligatio offerendi primi-
tias, & ſolvendi decimas, quæ in alienis
manibus, pro tali ſtatu, remanere non
poſſunt, niſi cum miniſtris Eccleſiæ ſa-
tem ſuper eorum ſuſtentatione congrua
conveniatur.

*§. III. De ſubſidio Charitativo.*

337. Subſidium charitativum litte-
raliter ſecum affert ſignificationem ſu-
am, quòd Epiſcopus illud, tanquam ad-
jumentum ſubſidiarium, cum charitate
à Clericis poſtulet ex neceſſaria cauſa

ſicut

ſicut à principe ſæculari ob neceſſitatem publicam aliquid ſuperindicti nomine exigi ſolet L. *un.* C. *de ſuperindicto*, quod non dicitur novus cenſus, ſed ceſſante neceſſitate ad tempus intermiſſus L. *Et Attilicinus*. 35. ff. *de ſervit. præd. ruſtic.* Quo fit, notante Baldo, ut ſubſidium Charitativum, licèt cum charitate peti ſoleat, non ſit tamen liberalitas; ſed refragantes, ſtante neceſſitate, compelli poſſint Abb. in c. *cùm Apoſtolus*. 6. *n.* 5. ✠. *de cenſib.* quin ly *Charitativum* juſtam coactionem excludat; ſed potiùs ubi charitas non proficit, poteſtas ſit adhibenda. C. *licet*, 6. c. & *qui emendat*. 11. *diſt.* 45. adeò ut, exiſtente manifeſtâ & rationabili causâ, Edictum affigi poſſit, ut non ſolventes ſubſidium intra certum tempus excommunicentur Barbos. *de off. & poteſt. Ep. p.* 3. *alleg.* 87. *n.* 5.

338. Dicetur autem juſta cauſa, ſi proprii redditus non ſufficiant Epiſcopo; ſi Eccleſia vel Epiſcopus ære alieno

gra-

gravetur; ſi eundum ſit ad S. Pontificem, Concilium generale &c. ſi faciendi ſint ſumptus in rebus Eccleſiæ defendendis &c. ſuppoſitis tamen tribus requiſitis 1. quòd è ſingulorum Clericorum proventu tantum ſuperſit, ut hæc & ſimilia onera ſupportare poſſint. 2. quòd Epiſcopus ſit pauper, aliunde non habens modum. 3. quòd adſit neceſſitas reſpiciens ipſammet Eccleſiam. Ut propè ſimis aſſentatoribus Epiſcoporum habendi ſint, qui indiſcriminatim, ſubla tâ licèt communi neceſſitate, certam ſpeciem Corporis reddituum indè faciendam exiſtimant, ignari, vel non cogitantes, quàm grave ſit coram DEO ad augendos qualescunque proventus ſolis artificiis, non rationibus uti. Quam ob cauſam S. Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis apud Joannem Sareſberienſem, conſuetudinem de ſecundis auxiliis, ſeu perpetuato citra neceſſitatem ſubſidio, ab Archidiacono ſuo Eccleſiis impoſitam, voto ad DEUM facto, deſtru-

deſtruxit. Quòd autem alicubi requiratur etiam præſcitus, vel conſenſus Principis territorialis, è particularibus pactis ortum trahit, cujusmodi præcedente ſæculo inter Sereniſſimam Domum Bavaricam, & Ordinarios Bavariæ initum fuit: quali ſecluſo, ſtandum eſt Juri Communi, ac uſui recepto, cui etiam Celſitudo ſua, quoad Clerum ſuum in Palatinatu degentem, hodiedum inſiſtit.

339. Circa quantitatem nequit conſtitui Regula generalis cuique caſui applicabilis: quia tamen uſus Eccleſiarum ac Regionum inter ſe differunt, inſiſtendum eſt Taxæ conſuetæ, niſi circumſtantiæ alterationem quampiam, ſive per augmentum, ſive per diminutionem, juſtè requirant: habito ſemper præ oculis eo, quod fieri debet.

340. Regulares ab hoc onere prorſus immunes ſe putant, eò quòd monaſteria ſint exempta à Lege Diœceſana c. *Ne procujuslibet*. 37. XVI. q. 1. c. *Quàm*

*ſit.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſit.* 5. XVIII. q. 2. ad quam ſubſidium
Charitativum paſſim reducitur ab Au-
thoribus ad c. *Conquerente.* 16. & c. *Di-
lectus.* 18. ✕. de *offi. ordi.* utpote con-
ſtens in paſſione dulci Epiſcopi, ſeu in
recipiendo: dum è contrà ea, quæ in a-
ctione, ſcil. in dando, vel conferendo
conſiſtunt, ad Legem jurisdictionis per-
tinere dicuntur: cujus Regulæ veritatem
aliorum diſquiſitioni relinquo; quantum
verò ad rem noſtram, aſſero, ſi mona-
ſteria quædam vel ex conſuetudine, vel
ex ſpeciali privilegio Epiſcopi, ſubſidi-
um Charitativum dependerint, idipſum
porrò ſervandum eſſe Benedicti XII.
Conſtit. *Vas electionis.* §. *Præmiſſis qui-
que.* v. *monaſteriis.* ibi: *ex Apoſtolica in-
dulgentia, vel conſuetudine.* dummodo
modus non excedatur Clem. *un.* §. *ver-
nulli*, junctâ gl. in v. *exigendo. De exceſſ.
Præla.* Abb. in cit. c. *Dilectus.* num. 4.
Quibus accedit, cùm res non ſine o-
nere tranſeant, plurima monaſteria
non planè de novo, ſed ex antiquis Ec-
cleſiis,

cleſiis, Capellis, aut aliis bonis huic oneri obnoxiis fundata; vel Religioſos non niſi cum hac obligatione ab Epiſcopis admiſſos fuiſſe.

## §. IV. *De Evlogiis.*

341. Evlogiæ hic ſunt parva munuſcula, honoris & cultûs gratiâ, Epiſcopis vel aliis dignioribus viris offerri ſolita, nullo jure cogente, de quibus ita habet Meldenſe Concilium *can.* 45. *decet Presbyteros cum voluntariis Evlogiis tempore congruo viſitare, & venerari ſuos Epiſcopos.* Quarum uſus cùm in Germania ſaltem obſolverit, ex c. *Eleutherius.* 30. XVIII. q. 2 hoc ſolùm ſubjungo, Pelagium S. P. conſtituiſſe quondam, ut à Monaſteriis aliquid Epiſcopo nomine Evlogiæ offerretur: quod cùm à conſuetudine duntaxat, à qua etiam hujusmodi penſitationes c. *ſcientes.* 3. X. *de cenſib.* unico vocabulo, *conſuetudines,* dictæ ſunt, pendeat, ſingulorum locorum uſus eſt obſervandus.

§ V.

## §. V. *De Cathedratico & Syn-datico.*

342. Jure communi omnes Eccle-
ſiæ in Diœceſi poſitæ, etiam eæ, qu
Monaſteriis ab Epiſcopo de Capi
conſenſu conceſſæ ſunt, ad Cathedra-
cum Epiſcopo ſolvendum tenentur c
*Paſtoralis* 7. ibi: *omnes proventus pr*
*ter Cathedraticum* X. *de donation*
idque pro honore Cathedræ Epiſcop
lis, & ob beneficium Conſecrationis
*Placuit*. 1. X. *q*. 3. olim tertia vel qu
ta portio, aùt quarta decimarum acob
tionum, de qua ſuprá *n*. 333. Epiſcop
dari ſolita, erat pro Cathedratico & p
viſitatione c. *Decernimus*. 10. X. q.
cùm autem Epiſcopi, hoc tanquam o
dinario proventu retento, non viſi
rent; vel intermiſſâ viſitatione, m
ſiones, quibus in profectione uti deb
rant, aliquo pretio à viſitandis red
facerent c. *Relata*. 9. X. *q*. 1. eorum
ſidia novis juribus, conſtituto duor
ſolidorum pretio, corrigenda fui
hiſce.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hodiedum pluribus in locis annuatim Epiſcopis perſolvi conſueverunt.

343. Sed & Cathedraticum pro ſynodatico, de quo c. *olim* 20. ✕ . *de cenſib.* ſumitur; & niſì condonetur ab Epiſcopo, in Synodis Diœceſanis ſolvi debet ab iis, qui ad illud ex conſuetudine, aut publica conventione obſtringuntur. Ubi Gavanto *in praxi Synodi Diœceſana* meritò diſplicet annua ejus exactio (niſì aliud conſuetudo poſtulet) licèt Diœceſana Synodus non celebretur.

344. Cathedraticum etiam aliquando ſumitur pro eo, quod Epiſcopus pro inthronizatione ſeu introitu Principi ſolvere debuit, reſpondens ſportulis olim Romæ pro introitu datis à viris ad aliquem gradum vel ordinem aſſumptis; & Turcarum Peſceſio, ob delatum alicui Patriarchatum Conſtantinopolitanum, initio ſuſcepti muneris illi Imperatori præſtando: quod & ad reliquos Clericos pro ſua aditione, ſub no-

mine ἐμφανιςικῦ *Nov.* 123, protenſum: ſed ab Eccleſia, tanquam Simoniacâ pravitate infectum, continuò reprobatum fuit: Cujus farinæ ſunt etiam inſinuativa memorata in eadem Novella, quæ Conclericis, congratulationis, mutuæque Societatis ineundæ causâ, pro inſinuatione ſeu admiſſione ſua ad eandem Eccleſiam, præſtari conſueverant, idcircò, unà cum paſtibus ſeu epulis aditialibus à Celſiſſimo ac Reverendiſſimo Principe Noſtro in Collegiatis Bambergenſibus meritò per Decretum prohibita. Sed hæc ſunt alterius loci.

§. *VI. De quota funerali.*

345. Quod lepidè olim notavit Abbas antiquus in c. *Nos inſtituta.* 1. *ſint conſolationum ſocii, ut fuerant paſſionum* X. *de ſepul*: vitam laicorum eſſe Clericis paſſionem; mortem vero conſolationem: videri poteſt etiam in Regularibus locum habere quoad Clericos privativè, quos, ſiquando

gue funus aliquod nacti ſunt, ab omni participatione vellent excluſos, niſi tenerentur ad Quotam funeralem (quæ eſt *Canonica portio quædam debita Parocho de omnibus iis, quæ Regularibus obveniunt exinde, quòd aliquis in eorum Eccleſia ſepeliatur:*) de Jure, quod tamen etiam non unam variationem ſubiit, ùt Joannes Baptiſta de Luca *diſc. 25. de Paroch.* tribus privilegiorum, ſeu conſtitutionum Apoſtolicarum claſſibus diſtinctis, oſtendit. *Prima* claſſis eſt earum conſtitutionum, quæ prodierunt ante Concilium generale Viennenſe regiſtratum in Clem. *Dudum. 2. de ſepul. Altera* privilegia poſt dictum Concilium Viennenſe; ſed ante publicationem S. C. Tridentini conceſſa concernit. *Tertia* eſt eorum, quæ poſt S. C. Tridentini publicationem A. C. 1564. factam emanârunt.

346 De *prima* Claſſe nihil in ordine ad praxin dicendum ſupereſt, ob expreſſam revocationem in cit. Clem.

*Dudum*

*Dudum* contentam. Quoad *ſecundam*, in ſingulis quibusque caſibus videndum eſt, an in locis, de quibus dubium oritur, jam ante annos quadraginta quarta *funeralis* Cathedrali, aut Parochiali Eccleſiæ ſolita fuerit perſolvi, ac poſtea perſoluta fuerit ex quocunque privilegio: quo caſu eadem deinceps integro jure, & eâdem portione, quâ antea, Cathedrali ſeu Parochiali Eccleſiæ perſolvatur: non obſtantibus gratiis, conceſſionibus, privilegiis, etiam Mari Magno, aut aliis quibuscunque S. C. Trid. *ſeſ. 25. refor.* c. 13. Circa *Tertiam* ſpeciem, quæſtio facti eſt, an adſint nova privilegia, quantum concedant, & an contineant dicti Concilii generalis Viennenſis revocationem expreſſam, ad quorum inſpectionem proinde oportet recurri.

## CAPUT IX.

# De obligatione Religioſorum reddendi coram Epiſcopis annuas rationes ſuorum proventuum.

347. *Quæcunque res Eccleſiæ cum judicio Epiſcopi gubernanda ſunt ac diſpenſandæ.*
348. *Diſpoſitio S. C. Tridentini: ubi de rationibus annuis fabricæ Eccleſiæ Cathedralis.*
349. *Quid de Religioſis in Diœceſi Herbipolenſi?*

347. QUaſcunque res Eccleſiæ convenit cum omni diligentia & bona fide gubernari ac diſpenſari cum judicio & poteſtate Epiſcopi c. *Quæcunque 5 X. q. 1.* cùm enim de Jure communi Loca Religioſa, Monaſteria ſcilicet & Hoſpitalia &c. ſinè licentia Epiſcopi conſtrui dedicarique non poſſent c. *Nemo. 9. de conſecr. diſt. 1.* æquum fuit, ut poſt conſtructionem & conſecrationem ſub ejusdem juriſdictione ac cura

permanerent, nisì vel per conceſſionem
Apoſtolicam; vel per renuntiationem
Epiſcopi cum conſenſu Capituli de
Sedis licentia factam; vel per legitim
præſcriptionem eximerentur, Cap
modi quidem exemptiones cùm odio
ſint, & adverſæ Juri communi, ſtri
ſimè accipi debent, nec ultra Exemp
rum poſſeſſionem ac uſum protendi,

348. Unde cùm S. C. Tridentin
*ſeſ. 22. refor. c. 9.* Adminiſtratores ta
Eccleſiaſticos, quàm Laicos, fabr
cujusvìs Eccleſiæ, etiam Cathedra
Hoſpitalis, Confraternitatis &c. & qu
rumcunque piorum locorum, ſing
annis ad rationem adminiſtrationis
dinario reddendam obſtringat, c
ſuetudinibus & privilegiis quibuscun
in contrarium ſublatis: nisì ſecùs
in inſtitutione, & ordinatione talis
clèſiæ, ſeu fabricæ expreſsè cautum
ſet: certum eſt, Capitulum & Canon
cos teneri reddere ordinario ration
administrationis fabricæ Eccleſiæ Ca-
the

thedralis, ùt, præter expreſſam Concilii mentem, Armendarius inſuper refert deciſum.

349. Secùs eſt de Religioſis exemptis, apud quorum pleroſque uſus obtinuit, ut de adminiſtratione monaſteriorum non reddant Epiſcopis rationes: in Diœceſi tamen Herbipolenſi contrarium viget, ubi tam exempti, quàm non exempti, Canonici Regulares, Benedictini, Ciſtercienſes, Præmonſtratenſes, Carthuſiani, quatuor ordines mendicantes, & alii (ſolis monaſteriis ſpecioſæ Vallis, & Ebracenſi, nec non Collegio PP. Societatis JESU exceptis) annuatim ſuæ Celſitudini, ſive Conſilio Ejusdem Eccleſiaſtico reddunt rationes adminiſtrationis ſuorum Conventuum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## CAPUT X.

### An in manifeſto gravamine & damno imminente recurri poſſit ad Epiſcopum à Regularibus exemptis?

350. *Reſp. affirmativè.*

350. DIſtrictè quidem & ſub gra
bus pœnis interdictum eſt Re
gularibus exemptis recurſu ad Epiſco
pos per viam appellationis in cauſis ver
tentibus inter ipſos & eorundē ſuperio
res: quod ſi tamen alicui Religio
quantumvis exempto, in manifeſto gra
vamine & imminente damno, proba
liter alio modo provideri non poſſet,
cus utique fieret Juri naturali pro legi
mo Superiore tunc deſignanti Epiſco
pum, tanquam originarium ſuperio
rem, à cujus juriſdictione per accide
tantùm exemptus eſt: nec timendum
eſſet de pœnis, quæ de appellatione,
non de recurſu per modum querelæ,
plo

plerumque ſaltem, conceptæ ſunt; & in caſu neceſſitatis, quo veriſimiliter nullum aliud defenſionis remedium ſupereſt, ſuffocantur à ſuperiore jure naturæ.

## DECAS VIII.

*De ſubjectione Regularium habitantium extra monaſterium, ſtudentium in Academiis, vagantium, delinquentium, ejectorum, fugitivorum & Apoſtatarum.*

### CAPUT I.

### Diſcrimen inter Religioſos ſimul, & ſigillatim habitantes.

351. *De Religionibus militaribus ordinum Teutonici ac Hieroſolymitani.*
352. *Reductio privilegiorum his ordinibus conceſſorum ad terminos S. Con. Tridentini.*

351. QUæ de ſubjectione Regularium extra monaſterium degentium infrà dicenda ſunt, de iis ſolùm in-